

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19


Re 1  
26-198

SCIENTIFIC MUSEUM  
CALIFORNIA

243

*A. to F-8*

*✓*



*✓*

*v. 43*

*Ge... de Sacerdotio & Anglate*  
**IMMACVLATA** Q. 9309

B. V. DE IGENITRICIS M.  
CONCEPTIONE.


S I V E

**D E S I N G V L A R I I L L I V S I M M V:**  
nitate ab Originali peccato, per IESV Christi  
filij eius cumulatissimam Redemp-  
tionem,

**L I B E R V N V S**

A U T H O R E  
**JACOBO GRANADO GADITANO SOCIETATIS**  
*Iesu, in Collegio Hispalensi S. Hermenegildi eiusdem Societatis, Theologie professore.*

**AD ILL<sup>m</sup>. ET R<sup>m</sup>. D. D. PETRVM  
DE CASTRO ET QVINONES**  
*Vde Minerv*  
ARCHIEP. HISPAL.



**H I S P A L I**

**Apud Franciscum de Lyra, cum gratia, & priuilegio.**  
**Anno M. D. C. XVL.**



17872238

T A S S A.

YO Pedro Montemayor del Marmol, escriuano de Câ  
mara de su Magestad, de los que en su Real Consejo  
residen, doy Fé, que auiendo visto por los señores del  
dicho Real Consejo, un libro intitulado, De Immacula-  
ta Beata Virginis Dei Genitricis Concepcion. Compues-  
to por el Padre Diego Granado, de la Cöpañía de Iesús;  
que con licencia de los dichos señores fue impreso, ta-  
saron cada pliego del dicho libro a quatro maraudis; el  
qual tiene treynta y dos pliegos, que al dicho respero  
monta cada cuerpo del dicho quattro reales menos vn  
quartillo, y que esta tassa se pusiese en cada cuerpo del  
dicho libro, para que se sepa el precio poque se á de ven-  
der. Y para que dello conste, di esta Fé en la villa de Ma-  
drid: A onze del mes de Mayo, de mily seyscientos y  
diezy siete años.

Pedro Montemayor del Marmol.

E R R A T A S.

Fol. 13. pag. 2. lin. 21. dele. ibid. l. 29. voluntatum. ibid. l. 22. dele.  
Fol. 20. p. 2. l. 7. dele. Fol. 23. p. 1. l. penult. quolibet. Fo.  
25. lin. 19. deriuanda. Fol. 31. l. 16. asserta. fol. 33. p. 1. l. 18.  
afflīctio. fol. 35. l. 23. mediate. fol. 37. l. 30. inflīctam. fol. 40.  
p. 2. l. 33. eo ipso. fol. 53. p. 1. l. 15. contritura. fol. 64. p. 2. l.  
14. declarat. l. 17. religionem. fol. 66. p. 1. l. 24. edito. fol. 73.  
p. 1. l. 29. datrum. fol. 85. p. 2. l. 15. nemipe. fol. 86. p. 1. l. 9.  
etenim. l. 35. amicitia. ibid. magno. ibid. l. 36. veniale. fol.  
110. p. 1. l. 11. partem.

Librum hunc vidi, & cū suo archetypo contuli, quod sacra  
Cesarez Maiestatis Senatus idemque grauisimus approba-  
uit, & cum his mendis correspondet suo exemplari. Datum  
Matriti die quarta mensis Maij, Anni 1617.

Licentiatu Murcia de la Llana.

**D**E mandato supremi Senatus Regis Catholici vidi librum vnum de Immaculata Beatæ Virginis Dei genitricis Conceptione, siue de singulari illius immunitate ab originali peccato, Authore R. Patre Didaco Granado Societatis IESV, in Hispalensi diuī Hermene gildi Collegio Professore. In quo nihil inueni bonis moribus contrarium, aut Fidei catholicæ aduersum, immo cum maxima distinctione, claritate, & perspicuitate cōpositum, & sana, & solida doctrina, & omnigena eruditione refertum, & tandem suo Authore dignū animaduerti. Quare dignum iudico, ut prælo mādatum in Deiparę Virginis honorem, & piorum utilitatē evulgetur, & in publicam lucem emittatur. Datum in Conuentu Carmelitarum Matriti, septima die Mensis Februarij, Anni. 1617.

*Mag. Fr. Ambrosius Vallejo.*

---

**T**iene Licencia, y Priuilegio de su Magestad este tratado de la Immaculada Concepcion de la Santissimá Virgē María Madre de Dios, que compuso el Padre Diego Granado de la Compañía de IESVS, para que ninguno otro lo pueda Imprimir, ni vender sin su licencia, por espacío de diez años. Su fecha en Madrid a 28. de Febrero, deste año de 1617. Ante Pedro de Contreras Escriuano de Camara de su Magestad.

ILLVSTRISSIMO  
D. D. PETRO DE CASTRO ET  
Quiñones Archiepiscopo Hispalensi, à  
Regis Conf. &c. S.

**I**VR E quidem optimo (Princeps illustrissime) censem  
tur singularissimum illud Priuilegium, quod yniuersa  
feré Ecclesia publicis, ac festiuis acclamationibus fa  
cratissimę Virginis Deiparę, hominum, angelorumq; supre  
mę Reginę Marię cælitus cōcessura profitetur: illa nimis  
antiqua, summaq; immunitas ab Originario peccato: mun  
santhum, diuinum, tamque eximiū, ac singulare beneficium,  
quod in nullam aliam puram creaturam vñquam collatum  
est, aut futuris olim seculis conferendum sit. Etsi enim An  
geli sancti nullius peccati labe infecti fuerint, idq; similitu  
dinis cum hac Virgine planè diuina commune habeant: ni  
hiolominus in eo maximē illis antecellit, quod eos origina  
ria macula inficere minime potuit: nec, si potuisset, voluit  
Deus Opt. Max. eos vni capiti ita subiectos, vt eo peccante,  
& debitum contrahenda culpa, & culpam ipsam incurre  
rent. At Maria hominum, angelorumq; Regina cum verē  
tamquam membrum sub vno generis humani capite Ada  
mo terrestri contineretur, propter cuius culpam omnes om  
nino puri homines & peccati debitum, & peccatum ipsum  
contraxerunt: hec (inquam) plusquā angelicę puritatis Vir  
go nouo ac plane mirabili modo sic pruenta diuinitus est,  
tamq; copiosa gratię cœlestis affluentia irrigata, vt nec pri  
mam Adami, & posterorum eius culpam incurserit, nec  
proprium, proximumq; debitum illius incurrende contraxe  
rit. Et verò quoniam huius libri scopus est, pro mea tenui  
tate, diuino, ac virgineo fauente numine, firmissima quedā  
iacere fundamenta, quibus hec Dei genitricis puritas planè  
mirabilis erēta surgit, stabilisq; consistit; vt omitram plu  
ra alia, quibus tibi illustrissime Præful, maximē deuinctus  
sum,

sum, hoc vnum me penitus adduxit, imò & cœgit, vt illum ad singularis tuę pietatis aram deferrem, ac tibi consecrare. Te namq; celum ad Granatensem Tiaram euexit, vt libos illos penitus ignotos, & cæcis terre viceribus delitescentes, in lucem proferres, qui tā præclarum de Marię immunitate testimonium ferunt: & inde ad Sedem Hispalensem (te etiam renuente) traduxit, vt tua authoritate, pietate, & efficacitate singulari causam hanc mirū in modum promoueres, ita vt ad Domini nostri Pauli V. sacratissimos pedes iam deuoluta, simul cū humili equé ac valida supplicatione Imperatorum, Regum, Principum, Prelatorum, Academia rum, Capitulorum, ac Religiosorum cætum, vix aliud, quā tanti Pontificis auidissimē sperata, ac Deiparę debita volūtas desideretur, vt tanto negotio felicissimus finis imponatur, & antiqua tandem lis dirimatur; in qua, si Marię, Deiparę causa agitur, quis nō summis expetat votis, vt vincat? quis contra illam audeat suum adjicere vel patrocinium, vel calculum? Ipsius ergo Virginę pietatis sit tibi (clarissime Pre fili) felicissimos, ac diuturnos vitæ annos impetrare, qua & controuersiam hanc prorsus diremptam, & veritatē ipsam ab Ecclesia definitam videre liceat: Nestoreos, inquam, annos, in quibus postquam per Oibcm vniuersum festiuis acclamatiōibus celebrari gaudeas: præmium nunquam inter moritum percipiās prò cura, ac sollicitudine vere pastoriā, in procurando, amplificandoq; huius præcellentissimæ Virginis honore; quem perinde ac proprium, continuū, am plissimū, iucundiſimū ducit, habetq; ipse Optimus Deus. In nostro D. Hermenegildi Hispalensi Collegio, &c.

Jacobus Granado.

## P R A E F A T I O:

**D**ISPVTATVRVS de singularissimo priuilegio, quo intemerata Dei genitrix ab Originali Peccato præseruata est, iniuriā certè non leuem nobilis simo huic argumento, & tantę Virgini inferrē, nisi ad Sacratissimam illius aram genibus prouolutis, Marię præclarissimum nomen implorarem. Sonat (teste B. Hieronymo de nominibus Hæbraicis) Maria idē, quod *Illuminatrix mea, et Stella maris*. At quę Virgo preferet facem nostris disputationibus, & si perobscuris, nisi quę & re, & nomine illuminatrix est, seu *Lampa inextinguibilis*: vt eleganter S. Cy rillus in tomo 6. & cap. 6. Concilij Ephesini? Ille merito sapientis, qui teste Salom. Sap. 7. Proposuit (inquit) *pro luce habere illā quoniam inextinguibile est lumen illius*. Iam vero si disputationes mare sunt, vt loquitur S. Ambros. lib. 4. in Lucam, vbi argumētorum fluctus nauim mentis humanae interdum demerunt, interdum portu operiunt: Maria certè inuocanda est, quippe Stella maris mentem diriget, vt optatum veritatis portum teneat. Prodeat ergo liber hic in lucem sub tanta luce, quā Originalis Peccati tenebras ab illa lucidissima nube disiiciat. Pandantur vela tenuitatis ingenij nostri: nam spirante tantę virginis Faunio, superabuntur difficultatū fluctus, felici ac celeri cursu decurret nauis, & dirigente hac maris Stella, ad optatissimū veritatis portū perueniet. Et quoniam in tā Reginę manu est Sceptrum re& doctri na, ut B. Cyrillus supra dixit, sapienter, ipsi post regem, & filium eius, & nos, & doctrinam nostram omnino gubernādos & corrigendos subiçimus; sicut & Ecclesiæ Catholicæ, quę tantę Dominę sedes, & regnum est.

## ¶ Stylus, & partitio libri:

Quoniam plene intelligi, & satis explicari non potest priuilegium immunitatis Beat. Marię, nisi perspicue constet de ipsa ratione, & effectis culpæ, à qua diuinus præseruata est; necessarium daximas hoc loco differere de Peccato Originali, & transfüsione illius in vniuersam Adami posteritatem. Rursus cum ex collatione huius Sandissimæ matris ad vnigenitum filium suum, dilucidius deducatur,

catur, eam ab originali fuisse immunem; dicendum etiam non nihil erit de immunitate Christi Domini ab eodem peccato: ac postremo persuadendum, nulli omnino alteri homini priuilegium hoc fuisse concessum, & ideo fuisse in Maria omnino singulare. Quatuor ergo disputationibus complectemur, quidquid de huins libri argumento dosserendum est. In prima agetur de essentia Peccati Originalis iustitia originali oppositi, & generali illius transfusione in posteros Adami. In secunda, de naturali ac necessaria Christi Domini immunitate à peccato originali. In tertia, ac precipua de gratuita ac liberali immunitate B. Mariæ ab eodē peccato. In quarta, de singularitate priuilegij immunitatis B. Mariæ.

Stylus non poterit non esse diuersus ab eo, quem in alijs cōtroversijs theologicis magis probauit: nā neq; ita adstric̄tus erit quæstionibus, & articulis S. Thomæ, quippe qui diuersis in locis de huius libri argumento differunt. Quamvis in tāti Doctoris gratiam, singulas disputationes huius libri super aliquā Quæstionem, aut Articulum illius instituemus neq; ita studebimus breuitati, atq; in ijs, quæ hacenus dictavimus: argumentum enim huius libri, & studium tuendi, vt par est, Reginæ mundi ac Matris Dei nobilitatem, & puritatem, nos cogit esse longiores, & vela omnia nauicula nostre pandere, vbi tantum gratiarum, & donorum marū transandum est. Et quidem quoniam tertia disputatio libri est precipua illius materia, in reliquis ad breuitatem potius inclinabimus.

Ad Articulum 1<sup>o</sup>. Quæstionis 9<sup>o</sup>. Primæ partis  
S. Thomæ. Et Quæstionis 8<sup>o</sup>. 8<sup>o</sup>. & 8<sup>o</sup>. Prima secundæ.

D ISP.



## DISPVTATIO: PRIMA. DE ESSENTIA Peccati originalis Iustitiæ ori- ginali oppositi, & generali illius transfusione in posteros Adami.

### CAPIT. PRIMVM.

*Primos parentes generis humani Iustitia originali, &  
Gratia decoratos fuisse, cum primū a Deo  
creati sunt.*



ONCORS Theologorum sententia est, primos parentes generis humani non prius conditos fuisse in puris naturalibus, & postea iustitia originali decoratos; sed in primo sua creationis momēto diuinitus eam accepisse. Id quod ex dicēdis perspicue patebit. Solet vero, & meritò disputari, an cū primū conditi sunt, gratiam habuerint, qua homo redditur iustus, & quę iuxta dicta in materia de gratia, radix est virtutum infusarum, nec ab illis separatur.

A

Partem

*Alexan.* Partem negantem amplectuntur Alexander. 2 p. q. 90. m. 2  
*Bonav.* i. art. 1. S. Bonaventura in 2. dist. 29. artic. 2. q. 2. Scotus ibi-  
*Scotus.* dem q. vñica ad 4. Suaderique potest primò, quia naturalia  
sunt priora supernaturalibus: ergo prius condì debuit natu-  
ra humana, & postea infundi gratia. Secundò; quia oportebat  
ab homine dilucidiū cognosci, gratiam esse donum gratui-  
tum, & non debitum: hoc autem non aliter melius dignece-  
ret, quám si prius solam naturam, deinde gratiam accepisset.  
Tertiò; quia magis distat natura à gratia, quám hæc à gloria:  
sed homò prius accepit gratiam, quám gloriam: ergo & prius  
habuit naturam, quám gratiam. Quartò, quia decebat primos  
parètes non insigniri gratia, nisi liberè se disponerèt ad illius  
infusionem: ergo prius se disposuerunt, nimirum in prima sui  
creatione, deinde verò gratiam acceperunt in tempore pos-  
teriori.

*S.Tho.* Dicendum tamen est: Primos parentes non solum iustitia 3  
originali, sed etiam gratia sanctificante decoratos fuisse, cum  
primum conditi sunt. Sic S. Thomas 1. p. q. 95. art. 1. Caietanus  
ibidem, Molina tract. de opere sex dierum disp. 27. conc.  
8. Valent. 1. p. disp. 7. q. 3. pñcto. 2. Bellarm. tom. 3. libr. de  
Gratia primi homini cap. 3. Pererius tom. 1. in Genes. lib. 5.  
disp. de secunda excellentia status innocentia q. 1. & alijs.  
Probatur primò testimonij sacrae Scripturae Gen. 1. *Faciamus*  
**hominem ad imaginem & similitudinem nostram.** Vbi licet nonnulli  
interpretes, nihil discriminis agnoscent inter imaginem, &  
similitudinem; Origenes tamen, S. Basilius, S. Ambrosius, S.  
Nyssenus, Eucherius, Victorinus, Theodoreetus, Rupertus, S.  
Thomas, Magister, & alijs quos Pererius refert libr. 4. ad præ-  
dicta verba, magnum discrimen norarunt, quod ad propositę  
assertionis confirmationem maximè facit: nimirum hominē  
dici factum ad imaginem Dei propter dona naturalia, ad si-  
militudinem verò propter supernaturalia, scilicet, sancti-  
tatem & iustitiam: sentiunt ergo in prædicto loco Geneeos  
haberi, primos parentes in sui creatione sanctitatem, seu gra-  
tiam accepisse. Et cap. 7. Ecclesiast. *Solummodo hoc inueni, quod*  
*fecerit Deus hominem rectum.* Quem locum diligenter tractat  
Lorinus ibi, & cum varijs Ecclesiæ Patribus ostendit, re-  
tinènèm istam fuisse sanctitatem, seu gratiam sanctificantem,  
qua proinde censet insignitos fuisse primos parentes, cù fa-  
*alijs*  
*Ecccl. 7.* *Lorinus.*

alijs testimonij sacrae Scripturae, in quibus recti appellantur  
iusti, seu grati Deo.

5 Secundo probatur authoritate Conciliorum. Et quidem Trident.  
Valentia supra refert ex sessi. 5. Concilij Tridenti canonem  
eiusmodi: *Si quis non confiteretur primum hominem Adam cum man-  
dato Dei in paradyso fuisse transgressor, statim sanctitatem & iustitiam,*  
*In qua creatus fuit, amissione, &c. anathema sit.* Sed reuera Canon ali-  
ter habet, scilicet, *sancitatem & iustitiam, in qua constitutus fuerat.*  
Quæ verba longè alium sensum reddunt, & solùm signifi-  
cant id, quod apud omnes certissimum est, scilicet Adamum  
constitutum fuisse à Deo in gratia, antequam peccaret: sed  
quod ea constitutio fuerit ab ipso creationis exordio, non  
declarat concilium Tridentinum, & ideo non vrget pro af-  
fertione nostra prædictū testimonium. Habemus verò alind  
expressum in Synodo prouinciali Moguntina celebrata sub  
*Moguntinum.*  
*Archiepiscopo Sebastiano anno Domini 1549.* nam in cap. 3.  
*ait. Primum hominem conditum fuisse ornatum iustitia & gratia.* Fa-  
uet satis Can. 19. Araucani concilij: loquens enim de dono, *Araucani-*  
*quod homo in sui creatione acceperat, vocat illud salutem:* canum.  
*Salus autem spiritualis, de qua ibi loquitur, gratia sanctifi-  
cans est.*

5 Tertio probatur testimonij Patrum qui supra relati sunt.  
Nam in explicatione locorum sacrae Scripturae veritatem  
hanc disserit testantur: quibus adde S. Augustinum, qui  
tom. 3. in Enchirid. cap. 104. *Deus (inquit) primum hominem*  
*in ea salute, in qua conditus erat, custodire voluisse.* Salus autem  
hæc spiritualis est, ac proinde gratia sanctificans, seu iustitia.  
Et tom. 5. libr. 14. de Ciuit. cap. 11. *Feeit (inquit) Deus homi-  
nem rectum, ac per hoc voluntatis bona.* Quæ verba iustitiam sig-  
nificant. Quodsi tomo. 4. in lib. quæstionum noui, ac veteris  
testamenti quæst. 123, oppositum sentire videtur, non est ille  
liber S. Augustini, vt Bellarminus supra recte probat: vel ex-  
ponendus est cum S. Thoma in hoc art. 1. ad 2. vt solùm velit  
primos parètes non habuisse gratiam, seu Spiritum Sanctum,  
sicut nunc habent fideles, ita nimirum, vt statim post mortem  
gloria potiantur. Huncq; esse legitimum sensum, contextus  
ipse persuadet.

6 Quarto probatur ex perfectione operum diuinorum: de-  
cebat enim maximè artificem sapientissimum, qui in crea-  
tione hominis voluit quasi summi, & epilogum suorum  
operum

operum in lucem edere, non creare illum ab*q*; perfectione naturali, & supernaturali, propria huius status. Vnde cū cetera forent valde bona, consentaneum erat hominem ipsum non carere præcipua bonitate, scilicet gratia. Confirmatur, quia Angeli decorati sunt gratia in prima sui creatione: ergo & primi parentes. Antecedens probauit in materia de Angelis. Consequentia probatur à paritate rationis: & quia argumenta partis contraria, si efficacitatem haberent, persuaderent Angelos abs*q*; gratia conditos fuisse, vt patebit singula perpendiculari.

Ad primum ergo respondetur, sat esse prioritatem naturæ inter naturam, & gratiam: hæc autem in eodem temporis puncto compatitur naturæ, & gratiæ simultatem, sicut in Angelis; & sicut in Christi Domini humanitate. Ad secundum respondetur, mentem Adami, & Euæ fuisse in prima conditione diuinitus illustratam, vt cognoscerent, gratiæ non esse natura debitam, sed liberali dono infusam à Deo. Ad tertium, concessis maiori, & minori, respondetur negando consequentiam: quia gloria non conceditur in hac vita, sed referuntur in futuram, gratia vero nunc infundi debet, vt sit principium merendi gloriam, & ideo gloria non conferitur simili cum gratia: hæc vero bene potest infundi, cum primitur conditio naturæ, vt ab initio incipiat mereri finem, propter quem condita est; sicut Angeli meruerunt gloriam in ipso puncto creationis. Ad quartum respondetur ex doctrina S. Thomæ supra in solutione §. argumenti, potuisse primos parentes in eomet instanti, quo gratiam receperunt, se disporre ad illius infusionem medio actu liberî arbitrij diuinitus adiuti.

## CAP. II.

**Quid iustitia originalis contulerit primis parentibus?**

## SECTIO. I.

*De donis habitusibus.*

**Bellar.** C onuenient Doctores Catholici contra Pelagianos, & alios hæreticos, quorum neminit Bellarmenus lib. de Gratia primi hominis cap. I. Iustitiam originalē fuisse donum

donum superadditum naturæ humanæ, ac proinde distinctum à corpore, & anima, atque à facultatibus, quæ ab anima dimanant. Et quidem ad modum loquendi potius quam ad rem ipsam spe*ctat*, quod nonnulli Theologi controvertunt, an donum istud includat gratiam ipsam sanctificantem, an solùm consistat in subiectione partis inferioris ad superiori-rem. Certum enim est ad perfectissimam hominis constitutio-nem, & illius status felicitatem, quam nomine iustitiae ori-ginalis significant meliores authores, pertinuisse gratiam, & alia, quæ recensibimus, vt inde in sequentibus dilucidius patet, quid peccando perdidérint primi parentes, & in quo consistat originale peccatum.

2. Imprimis ergo iustitia originalis sanctificauit primos parentes, & illos ad Dei amicitiam euexit: nam in illorum animum infudit Deus habitum gratia sanctificantis, à qua vt à radice dimanarunt in intellectum, & voluntatem habitus virtutum supernaturalium tam theologicarum, quam morali-um; & aliquos vel plures illarum actus elicuerunt quatenus ad illius status felicitatem pertinebant, & animam perfectè Deo subiiciebant, ita vt quamvis tunc forent homines peccabiles, seu peccati capaces, quippe qui re ipsa peccauerunt, nihilominus quamdiu lethalem culpam non committerent, nec in veniale labi possent: vt in materia de peccatis tract. 4. disp. I. se*cet.* I. cum S. Thoma, S. Bonaven-tura, Alexandro, Durando, & alijs probabantur.

3. Deinde parti superiori animæ, quam gratia, & virtutes decorabant, subdita omnino erat pars inferior, seu sensitiva: ita vt nihil imaginari, nihil appetere posset, abs*q*; prævio rationis consensu, ex quo mira consensio, & tranquillitas oriebatur. Ostendimus autem in materia de actibus humanis tract. I. vel 2. hanc subiectiōnem fuisse effectum supernaturalis cuiusdam qualitatis, quam Deus appetitui corporeo, & imaginatiu*m* infudit.

4. Tertiò, conferebat iustitia originalis potestatem non moriendi: poterat enim homo in illo statu non mori, tum Deo illum protegente, tū ipso homine statutis temporibus edente fructum arboris vita*m*, cuius efficacitas in eo sita erat, vt refarciret id totū, quod vi natu*m* caloris deperderetur, vt lib. 2. de anima probabamus, & latius in speciali disp. de hoc argumento. Nec solūm verū est, potuisse hominem in eo statu

# D I S P. I. D E E S S E N T I A

# P E C C. E T I V S T. O R I G.

4

## S E C T I O. 2.

*De causa immortalitatis, & impassibilitatis primorum parentum.*

non mori, sed etiam fuisse immortalem in hoc sensu, quod nimis si non peccaret, nunquam esset morturus, sed sine morte transitus ad statum beatitudinis sempiternæ, ac proinde ad celos, cum Deus vellet, euolaturus.

Id quod aduersus Pelagianos tanquam fidei dogma credit Ecclesia. Primo, quia sacra Scriptura disertè testatur,

*Gen. 2. In quocumque die comederis morte morieris. Morte (inquit) non solum anima, ut Pelagiani respondebant,*

*Gen. 3. sed etiam corporis, ut constat ex verbis cap. 3. Quia comedisti de ligno, in sudore vultus tui vesceris pane, donec reuertaris in terram de qua sumptus es; quia puluis es, & in puluerem reuertaris.*

*Sap. 1. Sap. 1. Deus mortem non fecit. Et cap. 2. Deus creauit hominem in exterminabilem: iniuria autem diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Ad Rom. 5. Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors. Et cap. 8. Si autem Christus in nobis est: corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus vero viuit propter iustificationem.*

Secundo, quia id ipsum à sacris Concilijs definitum est. A Mileniano quidem in Can. 1. *Quicumque dicit Adam primum hominem mortalem factum, ita ut siue peccaret, siue non peccaret, moreretur in corpore, hoc est de corpore exiret non peccati merita, sed necessitate natura, anathema sit.* Et à Tridentino sess. 5. Can. 1. & 2. vbi statuit mortem corporis incurrisse primos parentes propter peccatum, & in eius comprobacionem afferatur locus Apostoli ex cap. 5. epistola ad Romanos.

Quartò, conferebat iustitia originalis impassibilitatem, ratione cuius liberi erant, ac forent primi parentes ab omni molestia, dolore ve, id quod eleganter docuit S. Augustinus tomo. 5. libro. 14. cap. 26. vbi loquens de felicitate status innocentia. *Nihil (inquit) corruptionis in corpore, vel ex corpore villes molestias vilis eius sensibus ingerebat, nullus intrinsecus morbus, nullus illius metuebatur extrinsecus: summa in carne sanitas, in anima tota tranquillitas; sicut in paradyso nullus astus, aut frigus, sic in eius habitatore nulla ex cupiditate, vel timore accedebat bona voluntatis offensio.*



## SECT.

**D**ubitari tamen optimo iure potest, à quo nam prouenient in nostris primis parentibus immortalitas, & impassibilitas. Molina in tract. de opere sex dierum disp. 28. conc. 3. & 4. existimat, prouenturam à quadam habituali dono diffuso per totum corpus humanum, ratione cuius redderetur expers mortis, & aliarum molestiarum. Probat primo, quia impassibilitas, & inimmortalitas in statu innocentia non forent miraculosa, aut ad breve tempus: Ergo non prouenirent á solo Deo, sed ab aliqua causa secunda: probatur consequentia, quia eiusmodi diuturna opera non conuenit Deus facere sine interuenta causa secunda. Secundo probat, quia in appetitu sentiente habebant primi parentes qualitatem, qua omnino subdebat appetitus ipse rationi, vt supra dictum est: Ergo & totum corpus habere poterat qualitatem, qua redderetur immortale. Tertio probat, quia beati reddentur immortales, & impassibiles media qualitate supernaturali corporibus inhærente: hæc enim erit vna ex quatuor dotibus corporis gloriis: & præterea damnatis conferat Deus qualitatem qua nequeant mori, pati tamen possint: Ergo potuit etiam Deus conferre homini in statu innocentia qualitatem corpoream, qua corpus efficeretur in capax actionis afflictionum, aut destruictiæ. Quarto denique probat, quia in statu innocentia mulieres parturæ erat sine dolore, imo & salua integritate virginali: Ergo in corpore mulieris erat qualitas, qua, cum opus esset, se relaxaret ad conceptum, & partum sine ullo dolore: Ergo etiam erat vt esset impassibilis.

**9** Hic tamen dicendi modus refellitur primo. *Quia est contra S. Thomam, qui 1.p.q.97.art. 1. & art. 3. ad 1. disertè negat prædicta qualitatem, eumq; sequuntur Caietanus ad ar. 1. Et Val. tom. 1. disp. 7. q. 4. punc. vltimo.* Secundo, quia in statu innocentia homo exerceret actus facultatis nutritientis: Ergo non poterat habere qualitatem corpori inhærentem, à qua prouenirent immortalitas, & impassibilitas. Antecedens est omnino certū, quia in eo statu comederet, cum ad cū finē creauerit Deo arborū fructus, ipsa sacra Scriptura testāte. *Gen. 2. Et*

*Molina.*

*S. Thom.  
Caietan.  
Val.*

# D I S P . I . D E E S S E N T I A

& posteri eius non aliter, quam per nutritionem augerentur, & debitam magnitudinem attingerent. Consequentia verò probatur: quia dum homo nutritur, sicut partes alimenti conuertuntur in substantiam aliti, & acquiruntur, ita partes præexistentes paulatim alteratur ab ipso cibo, & nativo calore, & deperditur. Quod quidem adeo verum est, vt post annorum numerum deperdi soleat magna, immo secundum alios tota quantitas primigenia substantia. Ex hoc autem planè deducitur, non fuisse in corpore primorum parentum corpoream qualitatem, qua immortale, & impassibile reddetur: nam partes quibus inhærebat, alterabātur, ac proinde patiebātur, & paulatim deperdebātur, ac vitâ amittebāt: nō ergo habebāt qualitatē, quæ morti, & passibilitati obitaret.

Nec obstanta argumenta Moline: Nam ad primum responsum. detur; eam immortalitatem, & impassibilitatem prouenturas in eo statu à Deo simul cum aliqua causa secunda, vt statim explicabimus. Ad secundum respondetur; Concesso anteecedente, negando consequentiam; quia ratio, qua probatum est immortalitatem non prouenturam in statu innocentia ab aliqua corpora qualitate, non habet vim ad probandum, non fuisse in appetitu sentiente aliquod donū, quo omoīno subiiceretur rationi. Ad tertium respondetur; concessio anteecedente quod priorem partem, sed negando consequentiam, quia immortalitas beatorum excludit omnem actum facultatis nutrientis: at verò in statu innocentia nutritur homo, ac proinde creceret, & decreceret, quod non comparitur immortalitatem à qualitate prædicta prouenientē, vt dictū est. Atq; eodem modo negari posset consequentia, licet foret verum antecedens quoad posteriorem partem: nā in damnatis nulla erit actio facultatis nutrientis, immo ab extrinseco igne non cruciabuntur per receptionem caloris, sed per immutationem intentionalem, vt cum S. Thoma in opusculo de nouissimi tract. vltimo. disp. 3. probauimus. Sed nihilominus posterior prædicti antecedentis pars falsa est, vt constat ex dictis loco proximū citato disp. 2. in fine.

Ad quartum; dato antecedente, negari facile posset consequentia; quia aliunde quā ex qualitate corporibus inhærente prouenire poterat partus sine dolore, & violatione virginitatis. Sed addendum est, licet mulier in statu innocentia partur esse sine dolore, non esse exploratū illam māsuram. quoad.

# P E C C . E T I V S T . O R I G .

5

quoad virgineam integritatem. Et quidem Thomas Sanchez lib. 7. de matrimonio disp. 14. num. 1. & disp. 113. num. 10. ex Th. Sac. sententia medicorum expedit, quid sit claustrum, seu signaculum virginale, an scilicet sit, nescio quæ membrana, quæ per coitum scinditur, seu rumpitur, an potius naturalis quedam angustia, seu contrictio, quod verius est. S. Thom. i. p. q. 98. art. 2. ad 4. cum S. Augustino sentire videtur. non amittendam in eo statu virginitatem, esto per copulam natura. S. Thom. lem filij gignerentur, vt verissima sententia est. Et Val. disp. 7. q. 5. p. 1. ad 2. Non corrumperetur ( inquit) claustrum virginale, Valent. sed solū fatetur laxandas, & dilatandas illas corporis partes. Alij autem nō solū sentiunt ammittendā virginitatem, vt Mol. Mol. tract. deopere sex dierum disp. 29. circa 2. & Vazquez 3. p. Vazq. tom. 2. disp. 121. c. 3. Sed etiam non mansuram carnis integrum. S. Thom. tatem, vt idem S. Thom. in 2. dist. 20. q. 1. art. 2. ad 1. S. Bona. S. Bonav. uent. ibidem q. 4. & Altisiodor lib. 2. summa tract. 10. q. 4. Altisiod. Sed de hoc in tract. de statu innocentia: forte enim in re diffensio non est, sed solū in modo loquendi. Haec tenus de primo modo explicandi impassibilitatem, & immortalitatem primorum parentum:

Secundus ergo modus est S. Thomæ, Caietani, & Valentie supra, qui affirmant causam huius immortalitatis, & impassibilitatis futuram aliquam supernaturalem vim, seu qualitatem in anima existentem. Quod licet confutetur ab Scoto in 2. dist. 19. exitimo verum esse, nec ab illo negari posse, si rectè explicetur: non enim credendum est, eam qualitatem esse aliquam speciale virtutem, cuius munus, & finis ad equatus foret eum effectum causare; nec enim rectè intelligitur, quomodo id aliqua qualitas prætare posset. Nomine ergo huius qualitatis significat S. Thom. scientiam supernaturali modo infusam primis paréibus, vt scire possint, quid. eis prodesset ad vitam, & ad fugiendas molestias, & causas moriendi. Sed quoniam ea sola non sufficeret, addenda est extrinseca Dei proteccio, qua ab omni molestia, ac proinde à morte liberarentur. Vnde S. Doctor in art. 2. ad 4. disertè coniunxit utrumque tanquam adequatam. impassibilitatis causam, propriam scilicet rationem, & Dei prouidentiam. Quod idem placuit Durando in 2. dist. 19. q. 1. Durand.

SECT..

## De donis actualibus iustitiae originalis.

**Q**Væ haec tenus dicta sunt pertinent ad iustitiam originalem, quæ habitualis appellari potest, ratione cuius, & animus erat habitualiter subiectus Deo medijs gratia, & alijs donis ab ea dominantibus, quæ inclinat ad obtemperandum Deo, & corpus erat subiectum animæ, sine cuius consensu nihil operari poterat: Et deniq; externa hæc, & sensibilia bona erant ipsi homini subdita, vt delectare possent, non vt nocerent. Præter hanc autem habitualē iustitiam erat in homine iustitia originalis actualis, id est exercitium horum donorum: verè enim animus primorum parentum erat actualiter subiectus Deo per actus fidei, spei, charitatis, & aliarum virtutum. Denm enim tunc cognovit, amavit, & coluit. Corpus etiam erat actualiter animo subiectum, quia iste imperabat, & illud obediebat, sicut & sensibiles creature ipso homini paruerunt. Nec videatur alicui nouum, eiusmodi actus iustitiam originalem actualē appellare, nam in Scriptura sacra ipsi actus boni appellantur iustitia, & sanctitas, vt in Psal. 18. iustitiae Domini recta. Et Apoc. 22. qui iustus est iustificetur adhuc. Vnde in primo homine, cuius gratia dicebatur originalis, recte appellari poterat exercitium huius gratia iustitia originalis actualis:

Notandum præterea est, iustitiam istam originalem tam habitualē quæ actualem habuisse duo, vnu quasi formale, & præcipuum scilicet gratiam, & virtutes in animo residentes: alterum quasi materiale, & minus præcipuum scilicet quæ residebat in corpore, & illud animo perfecte subiiciebant. Quæ omnia valde notanda sunt prodicendis cap. 9. vbi melius intelligentur.

## C A P. III.

## Qua lege, &amp; conditione primi parentes iustitiam originalem acceperint.

**C**Ertum omnino est ea lege, & conditione collata fuisse 1 Adamo iustitiam originalem, vt si peccatum graue committeret, quo diuinū mandatum transgredieretur, eam non

non soli sibi, sed toti posteritati, quæ in lumbis eius continebatur, amitteret: sicut ē contra conseruaret, si obedientiā diuinis legibus exhiberet. Et quidē principium hoc est fundamentum illius certissimæ veritatis, quam fides docet, scilicet ab Adamo deriuatum fuisse, & nunc deriuari ad posteros peccatum quod appellatur originale. Nam si eam conditionem, seu legem Deus non appoluisset, quamvis Adamus peccaret, filij nullum inde peccatum traherent; non enim sufficit ad deriuationem peccati quod Adam fuerit principiū, seu caput physicū generis humani: Quilibet enim pater est principiū, & caput physicū suorum filiorū, imo & totius suæ posteritatis, & tamen peccatum aliorū hominum præter Adamum non deriuatur ad posteros, vt docet certa Theologorum omnium sententia S. Thomæ in q. 81. art. 2. & aliorū S. Thom. Scholasticorum cum Magistro in 2. dist. 33. quam quidem Bellar. deducit optime Bellarminus tom. 3. lib. 4. de amissione gratiæ, cap. vltimio ex sacra Scriptura, quæ de solius peccati Adæ deriuatione mentionem facit, & eundem loquendi modum usurpant Sancti Patres præsertim S. Anselmus. libr. de conceptu virginali. cap. 23. Quod si S. Augustinus tom. 3. in Enchirid. cap. 46. & S. Leo epist. 86. c. 4. non improbabile reputare videntur, aliorum quoq; parentum peccata ad posteros traduci, fortasse de peccatorum penit temporalibus, non de culpis ipsis, aut spiritualibus eorum penit locutis fuisse credendum est, vt Cardinalis Bellarminus annotauit.

**2** Concludo itaq; vt peccatum Adami in posteros traducatur, necessariam fuisse prædictam legem à Deo statutam, ratione cuius constitueretur caput morale generis humani quoad potestatem transferendi in illud culpam, seu iustitiae originalis amissionem, si peccaret, aut gratiam, seu beneficium, si in originali iustitia perseveraret.

**3** Dubitari autem optimo iure post, an legem iustum, seu conditionem manifestauerit Deus ipsi Adamo, ac proinde cum illo pactum inierit, quod saltem in diuina mente fuisse iam declaratum est. Et quidem non dubito quin Adamo, & Eua manifestauerit Deus, se ea lege iustitiam originalem cōtulisse, vt illam amitterent si peccarent, nam Gen. 2. De ligno Gen. 2. scientia boni, & mali (inquit Deus) ne comedas: in quocunq; enim die comederas ex eo morte morieris. Et cap. 3. serpentem allocuens Eua. De fructu (inquit) ligni quod est in medio paradisi præcepit

*praecepit nobis Deus ne comederemus, ne forte moriamur.* Ecce morte corporis, & animi, ac proinde privationem iustitiae originalis minatur Dominus primis patribus, si peccarent, & aliter non, sed sempiternam felicitatem, ea enim est illius sententia vis. Neque credibile est homines sapientissimos nesciisse se gratia, & iustitia priuandos, si grauiter peccarent, cum modò vel imperiti sciant, inimicos Dei constitui omnes, qui lethaliter peccant.

Solum ergo superest expedienda difficultas, an Deus manifestauerit Adamo, si ipse peccaret, fore ut vniuersa eius posteritas eandem iustitiae privationem incurreret, & in peccato conciperetur, atque adeo explicitum pactum inuerit cum illo. Si inobediens fueris, tibi & posteris iustitiam perdes: si autem obediens, conservabis. Sotus lib. 1. de natura & gratia, cap. 10. fabulam appellat eiusmodi pactum initum a Deo fuisse. Thomas Stapletonus in controuersijs lib. 1. cap. 7. pactum hoc negat. Theodorus Peltanus tract. 6. de peccato originali. Sed sanè, ait nihil de hoc pacto loqui sacram Scripturam. Salas 1. 2. tract. 83. tract. 13. disp. 1. sect. 5. num. 64. in fine negat hoc pactum fuisse necessarium.

Mihi certe longe probabilius est, hoc pactum explicitum initum a Deo fuisse cum Adamo. Referuntur pro hac sententia S. Thomas q. 8. 1. art. 2. S. Bonaventura in 2. dist. 30. art. 1. q. 2. Durand. q. 2. & S. Antoninus 1. p. titulo 8. cap. 1. Sed nihil in eis inuenio, quod ab solutè faciat ad rem propostam. Qui enim S. Anto. magis facere videtur est S. Bonau. & ipse solum ait: *Mandatum fuisse datum Adamo non solum sicut singulari persone, sed tanquam stipiti totius humanae nature.* Et paulo inferius. *Amisit (inquit) Adamus iustitiam, quam debebat omnibus posteris conseruare.* Quæ omnia verum sensum reddere possunt, quamvis Deus explicite non inierit pactum cum illo. Disertè tamen nostram sententiam amplectuntur Catharinus opuscul. de peccato originali cap. vltimo, seu disp. 7. Salmeron in ca. 5. epist. ad Rom. disp. 45. & 47. Suarez tom. 1. in 3. p. disp. 39. secc. 1. sub finem. Azorius tom. 1. lib. 4. c. 27. ad 5. obiectiōnēm, & verisimilem reputat Ioannes de Salas loco proximè relato.

Probatur primo expendendo testimonium Osea ca. 6. vbi 6 Dominus de populo suo conquerens, *Ipsi (inquit) sicut Adams transgressi sunt pactum, ibi prauaricati sunt in me.* Quæ verba licet explicata secundū editionem Septuaginta interpretum non videan-

videantur ad rem, sic enim habet illorum editio; *Ipsi autem sunt, ut homo prauaricatis testamentum, ibi contempti me Galaad.* Vbi non videtur esse sermo de primo parente, sed de quolibet homine, qui diuinum mandatum neglexit: & iure optimo illis, scilicet Galaditis exprobrat Deus, quod illum contemperint ibi, idest, cum demones adorauerunt, ut S. Cyriillus in eum locum interpretatur. Retenta tamè, ut patet, proprietate lectionis Vulgatae, & attentis Patrum explicacionibus, te vera faciunt verba hec Osce pro nostra assertione. Imprimis enim de Adamo primo parente ibi esse fermone, suader nomen ipsum, & S. Hieronymi, Rupertii, Montani, Lyrani, & aliorum explicatio. Deinde vox illa: *pactum Rupert.* non est, cur in sua proprietate non accipiatur, maximè cum Lyra. ita sentiant interpres relati. Quare inde habetur aliquod Montanum, pactum initum a Deo cum Adamo, quod re vera violavit, seu transgressus est. Quod vero pactum istud non solùm fuerit de conseruanda sibi iustitia, sed simili sua posteritati, suadent verba sequentia; *ibi prauaricati sunt.* Ibi (inqua) idest in paradiſo filij Adami prauaricati sunt, idest transgressi pactum, quod Adamus nomine illorū transgressus est, quia nomine omniū pactū iniit cum Deo. Vel, *ibi, id est in ipso Adamo posteritas eius prauaricata est,* seu pactū transgressa: quod verū esse non posset, nisi Adamus nomine omnium se obligasset.

7. Confirmat primo hanc declaracionem Rupertus Abbas Rupertus lib. 3. in Osæ Prophetam initio: *expendens enim relata verba; Breui (inquit) versiculo, & originale peccatum, & actualia tecum peccata eorum. Dicendo namq; sicut Adam transgressi sunt, actualia peccata rebementer accusat. Porro subiungendo; ibi prauaricati sunt in me, originale respicit peccatum.* Ibi namq; cum dicit, subauditur in Adam; *præmisserat enim. Sicut Adam transgressi sunt pactum.* Confirmat secundò S. Hieronymus ibidem. *in paradiſo (inquit) omnes prauaricati sunt in me, in similitudinem prævaricationis Adam, non enim mirum, si quod in parente præcessit, etiam in filiis condemnetur.* Confirmat tertio S. Augustinus. *qui, ut ostendimus latè in materia de Sacramentis in genere tract. 3. disp. 7. sect. 1. explicat de peccato originali infantium illud;* *Masculus, cuius præputij caro circumcisæ Gen. 17.* non fuerit delebitur anima illa de populo suo, quia pactū meū irruuit fecit. Sedit ergo à pueris violatū fuisse pactū, quod nō aliter verū esse potest, nisi quia Adam nomine omniū cū Deo pactū inituit. Secundò probatur ratione: quia sine hoc explicito pactū non

## D I S P. I. D E E S S E N T I A

non potest planè intelligi, quomodo Adamo peccante pecauerit etiam posteritas illius, & saltem multò faciliùs explicatur, si pàctum istud explicitum ita tuamus. Sic enim cù Adamus transgressus est diuinum mandatum, perspicue certneret se illud violare nomine omnium filiorum, ac proinde velle liberé omnium transgressionem, vnde filii cum cōcipiuntur, dicuntur veré contrahere peccatum, quia censetur iam membra & filii Adæ, qui illorum nomine peccauit: Alioquin enim Adamus cù peccauit, nihil nocere illis voluisse: imò nec illi imputabatur, quod nobis nocuerit, cù nihil possit esse volitum, quia pàt cognitum. Consequens autem est contra communem consensum: omnes enim Adamo tribuant nocumentum nobis illatum. Confirmatur primo, quia si Adamo non innotuit pràdictu paùtum, inuincibiliter illud ignorauit. Ergo non magis imputatur illi quod nos iustitia spoliauerit, quam cuilibet alteri homini. Probatur cōsequētia, quia quod ignorantia inuincibili fit, nullo modo imputatur ad culpā. Confirmatur secundo, quia sine dubio malitò grauius peccatum fuit illud, quod cōmisit Adamus, quia nos eo peccante peccauimus, quam si peccando sibi soli nocuisset. Ergo Deo reuelante cognouit iustitiā, in qua cōdicerat, nō solù sibi perditur si peccaret. Patet consequentia, quia si non cognouisset, perinde illi non imputaretur ad culpam, atq; si ex eius peccato tale nocumentum prouenturum non esset: nam vt docet certa Theologorum sententia, humana natus & nullam omnino malitiam haurit ab obiecto, cuius inordinatio inuincibiliter ignoratur. Nemo autem est, qui non videat, sensum esse totius ecclesie ruinam omnium nostru iure optimo adscribi primo parenti: quare fateri oportet illi fuisse reuelatum nocuemetum, quod peccando nobis erat illatus. Ergo negati nō potest initum fuisse à Deo pràdictum paùtum cum Adamo.

## C A P. IIII.

**Cuius speciei, seu malitiæ fuerit primorum parentum peccatum.**

**G**enerali quadam ratione non dubium est, quin primorum parentum peccatum fuerit inobedientia: tum quia Apostolus

## P E C C. E T I V S T. O R I G.

8

stolus ad Rom. 5. dissentè affirmat, *Terminus hominis inobedientiam peccatores cōfitebantur multis*, id est omnem Adami post 5. ritatem: tum etiam, quia quodcumq; peccatum est transgresio diuinæ legis, cui obedire tenebamur: Sed in speciali loquendo, peccatum primorum hominum tres potissimum actus, quasi subordinatos ac veluti complete constitutos externa fructus ligni vetiti comeditione complexum est, nimur superbiā, infidelitatem, & gulani: quam assertio nem breuiter in sequētibus declarabimus & cōprobabimus.

**2** Dico ergo primo: Primum nostrorum parentum peccatum fuit superbia. Sic S. Thomas 2.2.q. 163.art. 1. & communis *S. Thom.* Scholasticorum in 2. dist. 21. & 22. Bellarminus tomo. 3 li. 3. *Bellar.* de ammissione gratia cap. 4. Pererius lib. 6. in Genesim disp. *Pererius* an Adam fuerit seductus. Probatur primo auctoritate sacre Scriptura Ecclesiastici 10. *Initium omnis peccati est superbia*, & Ecclesiast. Tobiae 4. *Superbiā nunquam in tuo sensu aut in tuo verbo dominari sicut. 10.* permittas, in ipsa enim initium sumptus hominis perditio. Secundò pro *Tobiae.* batur testimonij Patrum S. Basilij, S. Chrysostomi, S. Augustini, S. Leonis, S. Prosperti, S. Fulgentij, S. Gregorij, quos *4.* Bellarminus affert. Tertiò probatur ratione: quia serpens cū Euam tentauit, illud ante omnia proposuit, futuros nimiri primos homines sicut Deos, si de ligno vetito comedenter. Illud ergo fuit quod primum mouit eorum affectum. Et sanè externa cibi delectatio non foret sufficiens ad eos superados, nisi cū propria excellentia coniungeretur: preferenti quia homines iustitię originalis præsidio muniti nihil sensibile appetere poterant, nisi ex consensu rationis, cui appetitus sentiens erat omnino subiectus, ut cap. 2. dicebamus: ratione autem non subiiceretur tam abiecto bono, qualis est corporalis cibi manducatio, nisi quidpiam aliud bonum, illudque spirituale, & quasi diuinitatem redolens eluceret.

Ex quo obiter inferatur, superbiam istam fuisse desideriū quoddam inordinatum diuinæ similitudinis, vt S. Thomas *S. Thom.* supra in art. 2. S. Basilius, & S. Prosper supra docuerunt. Opta *S. Basili.* uit ergo homo maiorem scientiam habere, & excellentiore *S. Prosp.* potestate, quam quæ licebat, & in eo similitudinem diuinā *per-* affectauit. Vide S. Thomam, nec enim ad rem præsentem attinget fusius id declarare aut extendere.

**4** Dico secundo. Primi parentes lapsi sunt in peccatum infidelitatis, atq; ideofidem theologicam amiserūt. Assertio est contra.

# DISP. I. DE ESSENTIA

*Alexan.* contra Alexandrum 2. p. q. 93. mem. 1. ad 3. sed magna auctoritate nititur, vt videbimus. Et quidem Euam cōmisissē  
*S. Tho.* peccatum insidelatitatis, perspicue docet S. Thom. 2.2.q. 163. art. 1. argum. 4. juncta solutione. Et art. 4 addit *Mulierem credidisse, verum esse quod serpens pollicebatur, & si à Deo contrarium*  
*Peregr.* *andifficit.* Peregrinus etiam libr. 6. in Genes. disp. de grauitate peccati primorum parentum q. 2. §. vltimo. Peccauit (inquit) *Eua infidelitate, id est contradicunt, que est virtus supernaturalis, & Theologica.* Bellarminus vtrō supra cap. 6. absoltū affirmat, primos parentes amississe fidem, & eum sequitur Cosmas Magal. Magalianus in c. 2. prioris ad Timoth. pag. 326. & pag. 331. idem planè testatur Salmeron tom. 15. disp. 9. in priorem ad Timoth. pag. 104. & 105. Quod certe ex sacra Scriptura, & doctrina Patrum efficaciter suadetur.

*7. ad Ti-* Probatur ergo primo auctoritate Apostoli cap. 2. prioris 6  
*math. 2.* ad Timoth. *Mulier seducta in praevaricatione fuit.* Et 2. Cor. 11. *Serpens Eua seduxit.* Non potest autem intelligi, quia nam fuerit ista seductio, nisi quod crediderit dictis serpentis affirmantis, eam non moritaram, nec virū eius, licet de fructu ligni vetiti comedenter, quin potius futuros sicut Deos, id quod fuit plane contrarium diuinō testimonio; *In quicunque die comederis, morte morieris.* Credidit ergo aliquid contra fidē, ac proinde illam amisit: quia non potest præsumi sufficiens ignorantia excusans mulierem à crimenē heresis, cū & illius sapientia, & perspicua Dei sententia eam ignorantiam excluderint: Praefertim quia Sancti Patres id ipsum perspicue docent, vt videbimus.

Sed ex predictis locis Apostoli desumet aliquis obiectio. 7  
 nem. Etenim licet de Eua id dici posuit, non tamen de Adamo: nam in ipsomet testimonio prioris ad Timotheum testatur Paulus: *Virum non fuisse seductum.* Et S. Thomas supra ait: *Adamum non credidisse verum esse quod serpens pollicebatur:* Quare saltem falsa erit nostra conclusio, quod attinet ad Adamum. Respondetur: communem modum loquendi Sanctorum Paellarm. trum habere quod Adamus etiam fuerit seductus, vt patet ex ijs, quos congerit Bellarminus vbi supra cap. 7. vnde cum dubitari non possit, illos legisse testimonium Apostoli, & contradicere noluisse, cogimur ita eos cum Paulo conciliare, vt nostra assertio inde amplius roboretur. Et quidem Peregrinus supra, & Bellarminus afferunt varias

De Soci

# PECC. ET IVST. ORIG.

loci Paulini explications duæ nobis sufficient in praesenti. *Peregr.* Prior est: Adamum fuisse quidem seductum, sed non primū: quia prior Eua seducta est, & illa deinde virum seduxit. Sic inter alios S. Thomas in eum locum lect. 3. quamvis addat, *S. Tho.* seductionem istam non fuisse, quod crediderit dicto serpentis, scilicet *non moriēmini, & eritis sicut Dy:* id enim non credidit, vt supra etiam S. Doctor affirmat; sed quod crediderit, hic & nunc comedendū esse, vt mos gereretur vxori. Sed alij Patres, quos sequimur, eodem modo explicitant dectionem Adami, & Eua, vt videre est in Bellarmino. Et noster Cornelius accuratè expendens prædictum Pauli testimonium, ait: plerosq; Patres velle Adamum id ipsum credidisse, quod Euan.

*8.* Posterior est: Adamum dici non seductum: quia licet crediderit id, quod Eua; hæc tamen non persuasit illi animo eum decipiendi, sed inducendi ad id ipsum, quod illa iam verum putabat; serpens vtrō persuasit Eua animo illam decipiendi. Vterque ergo parens errauit. Id quod satis innuit sacra Scriptura, vt bene notat Cornelius, cūm Deus Adamo ipi irridens Gen. 3. *Ecce (inquit) Adam quasi vnuis ex nobis factus est,* &c. Consecutus est similitudinem diuinam, quam se consequi posse putauit, & immortallitate sibi falso promissa perfruetur; nimis non ita eueniet. Sed quod à me gratis acceperat, perdet sibi, & posteritatī.

*S. Amb.*

*9.* Secundò probatur testimonij Patrum; nam S. Ambrosius libr. 7. in Lucam; *Adam (inquit) cum peccauit, exutus est fidei S. Augu. vestimento.* S. Augustinus tom. 5. libr. 14. de Civitate cap. 17. *Hoc (inquit agens de primis parentibus) cognoverunt quod felicis ignorant, si Deo credentes, & obedientes non committerent.* *S. Prosp.* quod eos cogeret experiri, infidelitas, & inobedientia quid nocerent. *S. Prosper* in respons. ad excerpta Genuenissim dub. 3. *Quomodo (inquit) fides in Adam perdita, in quoquam filiorum eius inueniretur, nisi eam idem spiritus, qui omnia in omnibus operatur, infundere?* *S. Fulgentius* libr. de Incarnat. cap. 22. *Primus (inquit) homo perdidit fidem.* Et cap. 13. *Expoliatus est vestimento fidei.* Denique Antiquissimus Tertullianus libr. 2. contra Marcionem cap. 2. *Quis (inquit) dubitabit, ipsum illud Adæ delictum heresim pronunciare?* Omitto plures alios Patres, qui dum testantur, primos parentes credidisse contrarium ei, quod Deus diserte minitatus illis fuerat, consequenter eos in heresim lapsos

B

Cornel.

Gen. 3.

S. Fulg. gen.

Textus.

# D I S P. I. D E E S S E N T I A

Iapsos fuisse, ac proinde fidem amisisse tradiderunt.

Tertio probatur efficacia ratione. Posteri adami amiserunt in ipso habitum supernaturalem fidei. Ergo ipse etiam Adamus amisit. Ergo contra fidem peccauit peccatum hæresis, sine quo fides non amittitur. Antecedens videtur omnino certum: quia infantes cum modò concipiuntur, nullum omnino donum supernaturale habent, sed potius priuationem gratia sanctificantis, & omnium habituum supernaturalium gratiam comitantium, quos sine dubio, immo & integrum iustitiam originalem habuissent a primo conceptionis momento, si Adamus non peccasset. Cum ergo hæc omnia dona, ac proinde fidem non potuerint tunc parvuli perdere voluntate propria personali, seu in se ipsis, consequens est illa perdidisse in capite suo, scilicet in Adamo. Prima vero consequentia probatur quia quod Adamus sibi non perdidit, cum peccauit, nec perdidit suæ posteritati, ergo & sibi.

Confirmatur, quia si Adamus non amisisset fidem, retinere illam post peccatum, ergo retineret ius illam transfundendi ad posteros. Patet consequentia, quia cum hoc iure illam accepit, sicut & integrum iustitiam originalem. Omnia ergo dona supernataralia amisit, quia amissa fide nullus habitus infusus manet in homine, & ideo nos omnibus priuati concipimur. Fateor hanc rationem in solo Adamo vim habere, quia ipsis, & non Eua peccatum transfunditur in posteros, ut videbimus; sed nemo erit, qui dubitet ab Eua etiam fuisse deperditam fidem, si semel id concedat in Adamo, præterquam quod ex sacra Scriptura, & Patribus satis probatum est.

Dico tertio. Peccatum primorum parentum fuit etiam contra temperantiam in vsciborum, atque adeò ad vitium gula pertinuit. Sic Sanctus Thomas supra artic. 1 ad 2 & omnes Patres, ac Doctores, constatque fatis ex capit. 2. & 3. Genefios, vbi perspicue docentur prohibitum fuisse primis parentibus edere de fructu arboris scientiæ boni, & mali, & propterea peccasse, quia comedenter fructum, a quo abstinere tenebantur.

Solet autem occurrere vulgaris obiectio, qui fieri potuerit, ut sapientissimus Deus tam sequeretur prohibuerit esum huius arboris, ut propterea tantum malum non in primos parentes

# P E C C. E T I V S T; O R I G. 10

rentes tantum, sed in totam eorum posteritatem pronenerit; non enim videtur materia ista sufficiens ad grauem obligationem, nedum ad grauissimam, qualis in hoc præcepto iniuncta est. Respondetur tamen, licet materia ista ex se non videatur ita grauis, nihilobus attentis omnibus circumstantijs fuisse grauissimam, ac proinde transgressiō nem diuinæ legis, in hac materia fuisse peccatum lethale, & magna malitia. Etenim lex ista lata est, vt primi parentes in tanta felicitate, & rerum omnium affluentia signum aliquod obedientia, & humilitatis exhiberent, & Deo se gratos ostenderent pro tot, tamque eximijs beneficijs, vnde illius violatio non potuit non esse offensa magni momenti, præterquam quod potissima malitia non fuit externa mā ducatio, quippe quæ ex se indifferens erat, nec violatio præcepti abstinentie, sed infidelitas, & superbia, à quibus ea externa comelio imperabatur. Quia enim primi nostri parentes propriam excellentiam nimium amauerunt, & diuinam similitudinem se consecuturos putarunt, nec morte se incursum, sicut Deus minatus fuerat, crediderunt, ausi sunt fructum ligni vetiti degustare, vnde tantum bonum sibi falso pollicebantur. Preclarè ergo Sanctus Thomas vbi *s. Thom.* supra, ipsa (inquit) bonitas, & pulchritudo cibi non fuit primum motivum ad peccandum, sed potius sua serpentes, qui dixit: Aperientur oculi vestri, & eritis sicut Di, quod appetendo, superbiam mulier incurrit, & ideo peccatum genitum est ex peccato superbia.

## C A P. V.

Vtrum ab Adamo ad posteros deriuatum fuerit, & nunc deriuetur aliquod verum peccatum, quod originale appellatur.

D V P L E X genus peccati habitualis distingui solet, vnum appellatur personale, illud scilicet, quod remanet in ipsa persona post peccatum actuale, quod comisit: alterum originale, illud scilicet, quod ab origine nostra, id est, a primo naturæ nostræ parente tāquā hæreditati

## D I S P . I . D E E S S E N T I A

rium quoddam malum ad nos deriuatum est, ita ut propterea appelletur etiam peccatum natura, & culpa radicalis, quae non deriuatur ad posterorum, tanquam quid ex proprio ipsorum actuali peccato relictum, sed ex primi parentis peccato descendens. De primo genere peccati habitualis differimus in materia de peccatis tract. 8. dip. 1. De secundo in presenti disputatione multa dicenda sunt: sed prius illius existentiam in hoc capite statui oportet.

*August.* Et quidem S. Augustinus tom. 7. libr. 2. de peccat. orig. 2.

*Pelagi.* à cap. 1. ad 22. totus esse videtur in explicando, quid nam

*Celestius.* de peccato originis senserint Pelagius, atque Celestius:

illud nimurum fuit, peccatum primi parentis non deriuari

ad posterorum: quia culpa haec nocuit generi humano non pro-

pagine, sed exemplo, quatenus solum adulti, qui nunc pec-

cant, Adamum peccantem imitantur. Nihilominus, Baptis-

mum necessarium esse parvulis, concedebant, eo quod non

baptizatis regni cœlestis ianua non pataret. Negatur etiam

originale peccatum ab Albanenibus, & forte etiam ab Al-

bigensisibus, quos fuisse diuersos Hæreticos probat Vazquez

i. 2. tom. 1. dip. 130. cap. 1. Bellarm. etiam tom. 3. libr. 4. de

amissione gratia cap. 1. eundem errorem tribuit Anabap-

tistis, & nostro seculo Zwinglio, Iacobo Fabio, & Erasmo;

qui licet ab huius hæresi suspicione se studuerit omnino

purgare, non videtur omnino obtinuisse.

Catholica ergo; & secundum fidem certa sententia est, 3

peccatum originale vere & propriè deriuari ab Adamo in

posteros, qui naturali generationis modo ab eo descendunt.

*Rom. 5.* Probatur primo ex varijs sacrae Scripturae locis: quorum

illusterrimus habetur in cap. 5. epist. ad Rom. vbi inter alia

multa, haec scribit Apostolus. Propterea sicut per unum homi-

nem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors, & ita

in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt: sicut per

unius delictum in omnes homines incondemnationem; sic & per unius

infiditatem in omnes homines in iustificationem vita. Sicut enim per in-

obedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi; ita & per

unius obedientiam iusti constitutur multi. Concil. Mileuitanum

*Mileuit.* Can. 2. Araufic. Can. 2. Trident. sess. 5. Can. 4. definitior priora

*Araufic.* verba hic ex Paula relata intelligi debere de peccato ori-

ginali, & sic intellecta fuisse semper ab Ecclesia Catholica

vbique diffusa.

Et

3 Et merito quidem id definient: nam si contextus atten-  
datur, manifestum est hunc, & non aliud sensum esse legiti-  
mum. Hic enim esse videtur scopus Apostoli, vt ostendat  
multo plus profuisse Christum Dominum vniuerso generi  
humano, quam obsuerit Adamus: vtitur autem duplice an-  
tithesis elegansissima: prior est huiusmodi. Adamus uno suo  
actuali peccato vitiauit naturam humanam, & ad singulos  
homines transfudit originale peccatum; at vnum Christus  
Iesus sanauit totam naturam, quatenus quantum ex parte sui  
erat, attulit remissionem non vnius, sed innumerabilium  
delictorum, & gratiam, qua omnes sanctificaret. Posterior  
antithesis est, Adamus dum propria culpa sibi mortem attu-  
lit, etiam ad posterorum cum peccato transfudit necessitatem  
moriendi; at Christus Dominus dum propter aliena pecca-  
ta mortem ex obedientia subiit, nobis etiam vitam, & re-  
surrectionem meruit: attulit itaque Adamus mortem tem-  
porariam, qua ad diem usque iudicij ad summum duret;  
Christus autem vitam immortalem, & quæ post resurrecio-  
nem perpetuæ est duratura.

4 Recet ergo semper creditit Ecclesia priora illa verba  
Pauli sic esse explicanda, vt sensus sit, per vnum hominem  
Adamum scilicet, peccatum intrasse in hunc mundum, idest  
deriuatum, & origine transfusum esse ad omnes homines, ac  
proinde non vt Pelagius somniabat, catenus tantum nocuisse  
nobis peccatum Adami, quatenus adulti ille imitantur:  
haec enim imitatio non sufficiebat vt per Adamum intrasset  
peccatum. Primum, quia potius deberet intrasse per Euan,

aut per demonem, qui prius peccauit, aut quem peccatores

imitantur. Secundo, quia multi ne nouerunt quidem Adæ

peccatum, nec vt illi imitantur peccant, sed vt sua libidi-

ni satisfaciant, non ergo de imitatione, sed de vera peccati

originalis transuione. Paulus loquitus est.

5 Secundus locus est, Iob. 19. Quis potest facere mundum de im-

Iob. 19.

undo conceptum semine? Patres enim Ecclesie explicare con-

sueverunt hæc verba de peccato originali, quod medio se-

mine transfunditur ad posterorum, vt infra dicemus: propterea

enim semen ipsum appellatur immundum. Atque id diserte

explicauerunt Sepuaginta: sic enim transtulerunt: Quis enim

mundus erit à sorde at nemo, & si unus dies sit vita eius super terram.

Quæ lectio multum valet ad rem, de qua agimus, compro-

bandam, perspicue enim ostendit, in infantulis etiam recens natis esse aliquod peccatum, quod non nisi ab Adamo deri uari potest in conceptione iuxta illud Psal. 50. *Ecce in iniquitatibus conceptus sum.*

Tertius locus est Ioan. 1. *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit pecca tum mundi.* Sic enim habet correctissima lectio Vaticana, vbi nomine peccati significatur originale, quod recte appellatur *peccatum mundi*, quia unicum existens secundum speciem omnem naturam humanam perniciet.

Secundò probatur auctoritate Ecclesie; nam hec veritas 7. Trident. definita est à Tridentino, Mileu, & Arausio. Concilijs vbi Mileuit. supra: & præterea à Florentino in litteris vñionis, ab Afri Arausi. cano, quod habetur tom. 1. Concil. c. 77. & Tol. 12. c. 2. Nec Floren. minus disertè testatur idem caput Ecclesiæ S. Leo. 1. epist. Africa. 86. c. 4. & Nicolaus Primus ad consulta Bulgarorum. c. 19. Leo. tom. 3. concil.

Nicol. Tertiò probatur testimonij Sanctorum Patrum, quos referunt Bellarm. supra c. 5. Val. tom. 2. disp. q. 11. p. 5. & alij. Inter omnes antea longè subtilius contra hæreticos hanc S. Aug. veritatè propugnat vbiq; S. Aug. tom. 7. lib. 1. de peccator. merit. c. 2. de peccato originali. Et in libr. 1. contra Julian. Pelagianum. Profert etiam Sanctissimus Doctor varia aliorum Patrum testimonia. Vnde in libr. 2. contra Julian. cap. vltimo. Propter hanc (inquit) catholicam veritatem sancti, ac beati,

Irenæus. & in duinorum tractatione clarissimi Sacerdotes Irenæus, Cyprian. Cyprian. Retitius, Olympius, Hilarins, Ambrosius, Gregor. Nazianz. Innocentius, Retitius. Olym. Olympius, Basilius, quibus aido presbyterum, velis nolis Olym. Hieronymum, vi omittam eos, qui nondum dormierunt, aduersus vos Hilar. proferunt de omnium hominum peccato originali obnoxia successione Ambros. sententiam. Hæc August. preclarè.

Nazianz. Contra hanc veritatem obijci possunt argumenta ex sacra Innocet. Scriptura, ex Patribus, & ratione. De duobus primis nihil est, quod dicamus; nam testimonia sacra Scriptura alicuius momenti adduci non possunt, cum tam aperiè oppositum in illa doceamus. Aliquot testimonia Patrum afferit Bellarminus, & bené explicat cap. 9. partimq; explicauerat S. Aug. contra Julianum, solum enim negant posteris Adami peccatum aliquod actuale ab ipso in illos deriuat, ratione cuius actualiter peccare dicantur. Rationes verò paulatim in sequentibus dissoluemus.

Explicatur modus, quo ab Adamo ad posteros verum, & proprium peccatum deriuetur.

**R**ATIO dubitandi est: de ratione cuiuscumque peccati esse libertatem, sed posteri Adami, nec cum ille peccauit in paradiſo, libertate habuerunt, quippe qui nondū erant concepti, nec modò habent, quando in utero materno concipiuntur, quippe qui pro eo statu sunt in capaces libertatis: Ergo impossibile est ab Adamo ad posteros eius deriuari aliquod verum, & proprium peccatum.

**A**lbertus Campensis in controniesa prima de peccato *Campensis* originali affirmat, nullum proprium peccatum in parvulis reperiri, sed vnicum tantum esse peccatum Adami, licet nostrū appelleretur, quia continetur in illo, quando peccauit: & addit, vnumque mōque nasci peccatorem, non tamen suo peccato proprio, sed originis. Ambrosius etiam Catharinus in *Catbar.* lib. de peccato originali, disp. 6. ait solam aequalē priuationem Adami dicendam esse peccatum nostrum, quod in nobis habet aliquam rationem culpæ, quia aliquomodo in Patre nostro eramus coram oculis Dei.

**E**t quidem si authores isti, alioqui docti, & catholici, contendant, verè dici posse actuale peccatum Adæ, peccatum nostrum, atque adeò nos in illo peccasse, quia operatio capitis nostri recte potuit appellari nostra, bene sentiunt, & ad métem Pauli dicentes ad Rom. 5. *In quo omnes peccauerunt.* Deinde si solum contendant nihil physicum, & reale, & nullam physicam priuationem ab Adamo deriuari ad posteros, quæ habeat veram rationem peccati, verā sententiā amplexis sunt, vt in cap. 9. monstrabitur. Si verò velint, absolutè loquendo non esse in singulis posteris Adæ veram culpam, seu peccatum præter illud, quod verè, & realiter extitit in Adamo, omnino falsa est illorum sententia, & sufficienter refellitur testimonijs, quæ capite præcedenti protulimus pro veritate peccati originalis: non enim infantes conciperent in peccato, nec essent Deo exosi, aut inimici, si nihil in illis inveniretur; quod rationem peccati participaret. Vnde Trid. sess. 5. Can. *Triden.* 3. ait. *Peccatum Adæ ita per generationem ad omnes deriuari, vt in sit vniq; proprium.*

Et sané Campensis duris loquitur, & qui ante hoc Tridentini decretum scriptis, verbis vtitur Tridentino contrarijs, quamvis fortasse mens eius contraria non sit, si benignè declaretur, ita vt solum velit, nihil physicum transfundit posteris, quod sit peccatum: quæ doctrina vera est, vt postea patet. Et eandem explicationem maiori iure adhibere possumus Catharino, qui in illo libello fol. 165. in cole&. doctrine. §. vide 5. ait. *Peccatum Adæ non transfundit realiter ad posterios, sed transmitti secundum intelligentiam, quia omnes credimus in Adam illud patrasse.* Quibus verbis fortasse contendit, peccatum illud primi parentis transfundit rātum moraliter, quod verum est, dummodo semper in concusa maneat illa Tridentini assertio certissima, scilicet vnicuique infanti in esse proprium peccatum, quod minus dilucidè explicuit Catharinus.

Vt ergo difficultas hęc breuiter, & dilucidè expediatur, recolendum est ex cap. 3. Iustitiam originalem collatam fuisse Adamo tanquam capiti physico, & morali generis humani, ea nimium conditione, & lege, vt si ipse diuino mandato obediens permaneret, iustitiam hanc in posteros transferret; sin autem illud violaret, eam sibi, & posteris amitteret, sibi quidem, quia iusta pena erat inobedientiæ, seu culpe suæ, posteris vero quia Deus, vt pote Dominus omnium, posteritatis totius voluntates in vna Adami voluntate collocauerat, vt quod Adamus contra legem diuinam vellet, posteri quoq; moraliter loquendo veile censerentur, ac proinde inobedientiæ Adami illis imputaretur, & in ipsos transferretur simul cum priuatione iustitiae, quam propter mandati violationem incurrerent. Imprimis ergo quando Adamus voluit transgreedi diuinum preceptum, seu non conferuare debitam mentis subiectionem ad Deum, id ipsum nos voluimus, non quidem nostra voluntate physica, & personali, sed voluntate nostri parentis, que noltra erat physicæ, & moraliter, quia vtroque modo erat capit generis humani, & ideo peccante illa prima persona, tota natura humana peccauit. Vnde eleganter S. Anselmus lib. de conceptu virginali cap. 22. *Persona (inquit) erat, quod dicebatur. Adam, natura, quod homo fecit, igitur persona peccatricem naturam, quia ubi Adam peccauit, homo peccauit.*

Deinde sicut ex actuali peccato remansit in Adamo peccatum.

catum habituale, quod quidem erat voluntarium, quatenus ex peccato actuali voluntario proueniebat, ita in pueris, cū primū concipiuntur, reperitur peccatum habituale voluntarium quidem, non voluntate propria, & personali illorū, sed voluntate actuali primi parentis, ex qua veluti resultauit illud habituale quod in nobis dicitur, & vere est originale. Atq; hanc rationem voluntarij explicat S. Thom. i. 2. q. 8. art. 1. exemplo membrorū corporis humani, sicut enim occisio, que immediatē prouenit à manu, & illicita deambulatio, que prouenit à pedibus, sunt peccata, nō quia in se ipsis sint voluntaria, prout à causis suis immediatē proficiuntur, sed quia sunt voluntate hominis, cuius ipsa membra sunt partes: ita id quod pueri contrahunt in conceptione, est vere peccatum, quia licet non sit voluntum ab ipsis, immediatē, voluntum tamen est voluntate primi hominis, cuius partes, & veluti membra sunt posteri illius. Video non esse omnino ad quatum exemplum, sed tamen bonum est, & omnium, quæ adduci possunt accommodatissimum. Deniq; sicut Adamus quando peccauit priuatus est originali iustitia, ita posteri eius quando concipiuntur, participes sunt eiusmodi priuationis, sicut, & confortes suere peccati. Autem, & quatenus ipsa etiam priuatio peccatum sit, declarabitur cap. 9.

6. Durandus in 2. dist. 30. q. 2. ne videtur negare in originali sufficientem libertatem ad verum peccatum, dixit se, si aliquando affluerit, originale non esse proprię peccatum, intellectisse de peccato quod est tale, quia voluntarium voluntate propria, & quidem licet in hac acceptione originale nō solum non sit proprię peccatum; sed nec villo modo culpa dici possit, quia non est contractum propria voluntate, quia tamen aliunde sacra Scriptura, Patres & Doctores illud appellant absolutę peccatum; addere debuisset Durandus, sufficere ad veram, & propriam rationem peccati,

quod aliquid sit voluntum voluntate capit is,

de quo sané sub dubio loquitur in ea:

quæstione, & propterea merito à junioribus hoc ad-

notatur.

S. Tho.

## Proponuntur, &amp; diluuntur obiectiones.

**O**nus eiject aliquis primò : vidèri admodum rigidum Dei consilium in hoc negotio: nimirū voluisse constituere omnium hominum voluntates in primo patente, vt ipso peccante, omnes peccarent, conciperent filij ira, inimici Deo, & addicti eterna pena. Confirmatur; quia seuerissima ageret imperator, qui propter vnius ducis delictum vellet omnes posteros eius nasci inimicos Deo, aut saltem ipsi imperatori: Ergo non est credendum id factum fuisse à sapientissimo, & piissimo mundi imperatore.

Respondetur: hoc Dei consilium fuisse plenū sapientia, & bonitatem. Primum enim si in ipso Adamo constitutæ sunt omnium voluntates, non solum id factum est ita, vt eo peccate peccarent, sed etiam vt iustitiam originalem, atq; ad eū felicitatem maximam in conceptione obtinerent, si ipse non peccaret. Quod meritò perpendit S. Anselmus libr. de peccato orig. cap. 22: vt convenientissimum, ad ostendendam magnitudinem bonitatis Dei: Deinde Deus, cum sit Dominus omnium, absque illa iniustitia hoc facere potuit, & tam generale peccatum permisit. Denique hæc ipsa permissione fuit apprimè conueniens, & Deo maximè glorioſa, quia inde sumpta est mysterij. In carnationis occasio, inde deriuata gloria ipsius Christi Domini, per quē decuit omnia instaurari: prouenit etiam martyrum gloria, virginum palma, confessorum iniuncta patientia, prædestinatōrum in tanta natura imbecillitate salus, & alia innumera bona, quæ non ita clucerent in statu innocentia, qui erat incapax mortis, & laborum.

Ad confirmationem respondetur: Imperatorem non habere dominium voluntatem quoad culpam, vt propter eius voluntatem. Filii Duxis nascuntur inimici Deo; poterat quidem propter peccatum parentis, priuare filios aliqua dignitate, aut honore, quem hæreditario iure, aut ex ipsius imperatoris beneplacito habituri erant: & id non esset ita rigidum, vt non soleat interdum accidere. Sed licet daremus, hoc esse illicitum homini, non propterea esset denegandum

dum Deo, qui Dominus est snarum creaturarum, & sua sapientia, ita non sit omnia disponere, vt ex peccato filiorum desunt occasiones conferendi maiora bona. Unde S. Anselmus supra cap. 27: Aliter (inquit) Deus ergo infantes debet agere, aliter homo: nam homo non debet exigere à natura quod ipse non dedit, & quod sibi non debetur.

Obiecties secundò. De essentia peccati est esse voluntarium; quando est peccatum; sed quando pueri concipiuntur, non sunt capaces voluntarij: Ergo nec peccati. Confirmatur primo, quia peccatum est transgressio voluntaria præcepti diuini, sed in infantibus; nec est, nec pro illo statu esse potest transgressio voluntaria præcepti diuini, cum non sint capaces voluntatis: ergo in infantibus nullum est peccatum. Confirmatur secundo, quia vel pueri peccant quando concipiuntur, vel peccarunt quando peccauit Adamus, sed neutrum dici potest: Ergo nunquam peccant, aut peccauerunt. Minor patet: quia quando concipiuntur, nullum actum habent, nullam libertatem, quando vero peccauit Adamus, ipsi nondum erant; qui autem non est, peccare non potest.

Respondetur: de ratione peccati actualis esse, vt actus sit voluntarium, quando est peccatum: ad rationem verò peccati habitualis solum requiri, quod voluntarium præcessit in ipso actuallī peccato, quod quandū non deletur, dicitur habitualiter permanēt. Sic enim ille, qui commisit aliquod peccatum actualē, cuius oblitus est, non dicitur postea habere voluntatem permanēti in illo peccato, aut illud committendi, & tamen perseverat habitualiter, donec remittatur. Sic ergo eum originale sit habitualē peccatum, non est necessarium, cum infantes modò concipiuntur, illis esse voluntarium, sed satis est, fuisse voluntarium in actuallī peccato Adami, quod nomine omnium commisit, & à quo in posteros deriuatur habitualē, seu originale, quod permanet donec deleatur.

Ad primam confirmationem. Voluntaria transgressio actualiter fuit in Adamo, qui erat capax illius, sed quia transgressus est, vt caput omnium, manet talis transgressio habitualiter etiam in pueris, qui non possunt in eorum actualliter transgredi præceptum, sicut permanet trans-

Anselm.

transgressio habitualis in eo qui dormit post commissum peccatum actualē, licet pro eius tempore non sit capax transgressionis. Ad secundam confirmationem. Pueri non peccant quando concipiuntur, peccauerunt autem actualiter in primo parente, quando ille peccauit: sed inde resultat in infantibus peccatum habituale, ratione cuius non dicuntur peccare, sed esse in peccato, seu concipi peccatores.

Obijcies tertio: Peccatum habituale, solum perseverat, quandiu non deletur: peccatum actualē, sed actualē peccatum Adami iam est deletū, & fortasse etiam antequam aliquem filium generaret, remissum est: Ergo in posteris eius nullum permanet peccatum originale, quod, ut diximus, est habituale. Confirmatur, quia nō est magis potens culpa quam gratia, sed Adamus ratione sua culpe dicitur generare filios peccatores: Ergo ratione gratiae, quam postea habuit, & quam modō habent plures parentes cum generant, producent filios insignitos gratia, ac proinde sine peccato.

Respondeatur, concessa maiori, distinguendo minorem: Fuit enim peccatum Adae remissum quatenus erat personale, & ita in eius persona non mansit, non tamen fuit delatum in quantum originale, seu naturale: id est noluit Deus condonare culpam illam, nisi quatenus Adamum reddebat Deo inimicum, & ita semper mansit, & manet ius transfundendi illud ad posteros media generatione naturali.

Ad confirmationem. Gratia post peccatum collata Adamo, & quam modō habent iusti parentes, est solum gratia personalis, ac proinde non confertur, ut ad posteros traducatur: prima vero transgressio Adami fuit patrata originaliter, id est nomine omnium, & ideo in illos transfunditur. Explicit hanc solutionem eleganter S. Augustinus liber de peccato originali. c. 40. Regeneratus (inquit) per baptismum, in quo gratiam accipit, non regenerat filios carnis, sed generat, ac per hoc in eos, non quod regeneratus, sed quod generatus est, trahit. Quasi dicaret, patens non generat mediante gratia, ut illam transfundat, sed mediante natura, seu medio semine, quod ita viatiatum est, ut cum natura tranmittat, & culpam.

Obijcies quartio: Plus profuit Christus Dominus nobis, quam nocuit Adamus: sed pueri, quando primū concipiuntur, participant peccatum Adae: Ergo deberent potius participare gratiam Christi Domini. Respondeatur, negando consequiam:

quentiam: quia sicut pueri tunc solum participant culpam Adae, quando sunt illius membra per generationem, ita ut participant Christi Domini gratiam, debent fieri membra eius per regenerationem in Baptismo: gratia autem tunc illis collata ex meritis Christi Domini iuncta cum alijs donis, quæ habet Ecclesia, excedit damna, quæ ab Adamo prouenerunt.

II. Obijcies quinto. Si daretur originale peccatum, forent illicita nuptiae; consequens est hereticum; ergo antecedens est falsum. Consequitum maioris probatur: quia si, cum Pater generat filium, iste contraheret originale peccatum, pater esset causa maximi mali, quod in filium traducitur, & a quo sepe non liberatur: quia moritur ante Baptismum: sed esse causam tati mali est illicitum: ergo & nuptiae forent illicitæ. Confirmatur primo: quia peccatum originale est maius malum, quam omnis pena, immo excedit in gravitate omnia peccata venialis; sed nullus potest licet inferre alteri maximū malum penam, aut illum induceret ad peccatum veniale; ergo nec potest esse causa peccati originalis. Confirmatur secundum: quia Deus creat animam, quæ cum primū creatur, contrahit originale; ergo Deus etiam foret causa peccati originalis, quod est absurdum.

III. Respondeatur: negando consequitionem. Et ad probationem dicitur, patrem non velle originale, nec esse propriæ causam illius, sed solum permittere illud, quatenus vult generare, licet sciat ad puerum deriuatum iri peccatum originale propter culpam primi parentis, quam non potest iam euitare. Recte autem potest non solum Deus, sed etiam homo permittere peccatum alterius, maximè quando præponderat maius bonum, ut in praesenti perspicue cernitur. Primum: quia, ut notat S. Thomas. 1. 2. quæst. 83. ar. 1. ad 5. communis ordo naturæ, qui exigit creationem animalium, & propagationem generis humani, non est invertendus, ut imponatur pediatru originale peccatum. Secundum: quia ut notat idem S. Doctor, & S. Bonaventura in 2. dist. 30. art. 1. q. 2. ad 2. fundamentaliumque habet in S. Augustino lib. 5. contra Julianum cap. 8. melius est puero existere, etiam cum originali, quam absoluē non existere, & ita potius prouenit puero emolummentum ex generatione, quam detrimentum. Cuius rei ratio est: peccatum originale esse habituale, non actualē, & eligi-

eligibilis esse existere in rerum natura in peccato habitu*li*, quā omnino nō existere. Etenim licet si homini detur op*tio*, potius debeat eligere mortē, aut anihilationē, quām pec*catum* a*uale* etiā leuisimum; si tamen iā illud cōmissum sit, & reuelet Deus, se nolle illud remittere, quādū homo exti*terit*; melius faceret homo eligendo existentiā, quām anih*ilationē*: quia posita voluntate Dei, nec teneretur, nec posset homo vitare illud peccatum habituale. Quare tunc nihil faceret Deus exossum; id autē quod semel fecit, nō tenetur iā delere, siquidē non potest in p*raedicto* casu. Propter id autē, quod iā nō est in eius potestate, non deberet se priuare m*aximo* bono naturali, quod est existentia: sic ergo pueris m*eliu*s est existere, quandoquidem in eorum potestate non est, carere modo peccato originali.

Ex quibus patet ad secundā confirmationē: Deus enim nō est causa peccati originalis, quia illud non prouenit ab anima, vt creatur à Deo, sed vt infunditur corpori, & cum illo constituit prolē Adami, qui nomine totius posteritatis, voluit trāsgredi p*raeceptū* Dei; p*raeterquā* quod peccatum originale permisum est à Deo propter bona multo excellētiora.

## C A P. V III.

**Explicatur, quanta sit grauitas peccati originalis, quod ab Adamo ad posteros deriuatur.**

**P**RIMA confirmatio vltimae obiectionis capit*is* p*raecep*tis** exig*it* explicationem grauitatis cul*p*ar*ē* originalis.

Et quidem nonnulli scholastici, quos tacito nomine refert Stapletonius lib. i. cap. i. existimarent, originale esse leuisimum omnium peccatorum, & minus quamquācula culpa etiā venialis.

Referuntur in speciali pro hac sententia S. Thom. in

S. Thom. 2. dist. 33. q. 2. art. 1. ad 2. & q. 5. de malo. art. 1. ad 9. & 1. 2.

Ricard. quæst. 87. art. 5. arg. 2. cum solutione. Ricardus tom. I. art. 2.

Conrad. Conrad. q. 81. 1. 2. art. 1. ante solut. arg. & 9. 82. art. 1. ad 2.

Bellar. Bellarm. tom. 3 lib. 4. de amissione grati*e*. cap. 10. ad 3. & fa-

Vigueri. quent Viguerius in suis institution. cap. 18. §. 5. versu 1. quatenus ait, peccatum minus propriè dici de originali quādū de

Vigueri. veui*lia*,

S. Aug. Probatur primō authoritate S. Augustini, qui lib. 5. con-

tra

tra Julianum, cap. 8. in fine ait. *Parvulos non baptizatos, qui solum habent originale peccatum, futuros esse in damnatione omnium levissima*, cū ergo damnatio, seu poena proportionetur cul*p*ar*ē*: sicut poena originalis est omnium leuissima, ita videtur & culpa esse omnium minima.

Secundū probatur ratione, illud peccatum est minus gra*ue*, quod minus voluntarii est; sed originale est minus volū*tarium*, quādū c*at*era peccata venialia; ergo originale est mi*nus* gra*ue*, quādū c*at*era peccata etiā venialia. Maior patet: quia de ratione peccati est voluntarium; ergo qua proportione decrescit voluntarium, eādem decrescit grauitas cul*p*ar*ē*. Minor probatur: quia nihil est minus voluntarium, quādū quod nō propria, sed aliena voluntate fit; cū ergo veniale etiam leuissimum patretur voluntate propria, originale verò nō nisi aliena commissum fit; minus certè voluntarium erit originale. Confirmatur: quia actus odii Dei, licet in se sit maximum malum, si tamen imperfētē sit voluntarium, est minus gra*ue* peccatum, quādū quodlibet mortale, imò nō est mortale, sed veniale. Ergo quāuis malitia cul*p*ar*ē* originalis foret in se maxima, adhuc peccatum istud foret lenissimum: quia nullum est tā imperfētē voluntarium.

Dicendum tamen est: peccatum originale esse simpliciter grauius, quādū quodlibet veniale, licet secundū quid, seu in ratione voluntarij ab illo aliquomodo supereretur. Hac a*f*ertione conciliantur nobiscum, & cum veritate Doctores relati. Et quidem Sanct. Thom. in 1. loco absolute videtur docuisse, quod prima fententia contendit. Sed eius ratio ostendit solum voluisse, culpam originalem esse leuorem in ratione voluntarij modo explicando. In secundo verò loco sic scribit: *Peccatum veniale originale comparatum, quodammodo est maius, quoddammodo est minus*. Peccatum enim veniale comparatum huic personae, vel illi, magis habet de ratione peccati, quia veniale est voluntarium voluntate huīus personae, non autem originale, sed originale comparatum ad naturam est grauius, quia priuat naturam maiori bono quādū veniale, scilicet bono grati*e*, &c. Quę verba perspicue veritatem declararunt. Vult enim sanctus Doctor, excedi originale, in eo quod priuatis personis est minus voluntarium, id est, quod singula personae non commiserint illud proprijs voluntatibus, sicut commituntur venialia. Excedere verò, quatenus consideratur in tota natura, id est

Bellar.

est quatenus & voluntarium est in capite, quod vniuersam naturam repræsentabat, & aliunde infert priuationem diuinæ amicitia, que est præcipua radix malitiæ peccati mortalis, & ob quod absolute superat omnia venialia. In tertio deniq; loco idem omnino sentit S. Thom. Bellaminus quoq; à nobis est: nam in loco ab aduerfarijs relato hæc ait: *Originale minus graue est in ratione voluntarij, quam quilibet veniale, quibus sit in ratione mali granissimum, cum priuat hominem gratia Dei.*

Salmer.

Denique Salmeron in c. 5. epist. ad Rom. disp. 52. pag. 643. disertè nostram assertionem testatur. Sicut & Suarez. 3. p. q. Suarez. 1. art. 4. in Commentario, vbi explicat S. Thomam, qui cùm ibi ait, originale esse intensiè minùs graue, quam actuale, videtur loquutus de mortali, non de veniali. Sed meo quidem iudicio, facilior explicatio est, vt loquatur de omni peccato aequali, & illud dicat leuius esse in ratione voluntarij, non absolute.

Prior assertionis nostræ pars probatur: quia imprimis nō 5. est dubium, quin peccatum originale extensiè, vt aiunt, sit multò granius, cùm necessariò extendatur ad omnes homines, veniale verò saltem in infantibus esse non possit. Deinde absolute esse grauius, quam veniale, persuadetur, ex principio, quod secundum Theologos efficit peccatum mortale grauius, quam omnia venialia. Etenim illud est peccatum absolute grauius, quod rescindit diuinā amicitiam. Et reddit hominem inimicum Deo; sed originale rescindit diuinā amicitiam, & reddit hominem inimicum Deo, non autem veniale; ergo originale est absolute grauius, quam veniale. Consequens est evidens: maior patet: quia ex hoc, & non ex alio principio, inferunt Doctores, peccatum mortale esse grauius quocumq; veniali: nam quod ad voluntariū spectat, multò maior libertas esse potest in aliquo veniali, quod ex meta peccandi libidine committatur, quam in peccato mortali, quod commitrat aliquis ob ignorantiam culpabilem, sed non affectatam, & virgente vehementi passione. Minor etiam perspicua est: quia infantes cōcipiuntur sine Dei amicitia, & filij ira; à nulla autem multitudine venialium id potest prouenire.

Respondebit aliquis: hanc inimicitiam esse secundum 6. quid in originali, ac proinde non sufficere, vt sit grauior culpa, quam venialis. Sed solutio refellitur efficaciter.

Primò,

Primò, quia licet hæc inimicitia esset secundum quid, id tā tum probaret, originale esse leuius, quam actualia mortalia, quæ etiam reddunt hominem inimicum Deo; & hoc facile concedetur: at verò non probat originale esse leuius, quam veniale: hoc enim nullo modo rescindit diuinam amicitiam. Secundò quia falsum est, hanc inimicitiam esse secundum quid; nam absolute concipitur infantulus priatus gratiæ, seu amicitia diuina, & Apóstolus nos appellat filios irę propter originale.

7 Posterior assertionis pars constat ex dictis, & declaratur amplius respondendo ad secundum argumentum primæ opinionis: etenim ratio voluntarij duplíciter accipi potest: primò vt significat dominum propriū actus in illa persona, quæ illum liberè elicit, & hoc modo verum est, voluntarium esse de ratione peccati actualis: ita vt quia proportione illud diminuitur, aut crescit, eadem crescat, aut minimatur culpa: & in hac ratione voluntarij ita exceditur originale ab omni peccato, vt nullo modo sit voluntarium in hoc sensu: sed quoniam supra dictum est, hunc modum voluntarij non requiri ad omne peccatum, non bene inferatur; illam culpam esse leuiorem, quæ in hoc genere non est voluntaria. Secundo igitur modo: accipitur voluntarium pro actu elicto cum indifferentia voluntatis propriæ, vel alterius, quæ propria reputetur, & ita verum est, ceteris paribus, quodlibet peccatum tanto esse leuius, quanto est minus voluntarium. Sed nego omne peccatum veniale esse magis voluntarium, quam originale, quia odium Dei indelibet, & plura alia venialia non elicuntur cum plena indifference, & deliberatione: originale verò fuit perfectè indifferens, & deliberatum, ac proinde magis voluntarium, non in persona propria, sed in primo parente, qui plenissima libertate diuinam legem nomine totius generis humani transgressus est.

8 Ad primum respond. S. Augustinum solum contendis, peccato originali non deberi nisi pœnam damni, & eam esse minimum comparatione pena peccatorum mortaliuum, quæ propria voluntate committuntur, quia istis debetur pœna damni, & in super pœna sensus.

(?)

C

CAP.

## In quo constituta sit essentia peccati originalis:

## SECTIO I.

Quatuor de natura peccati originalis sententia refelluntur.

**I**lliyric. **N** primis Mathias Illyricus existimasse dicitur, animam rationalem per peccatum primi hominis substantialiter fuisse corruptam, atque ex imaginē Dei transformatam in imaginē Dæmonis. Peccatum vero originale nihil aliud esse quam substantiam à Dæmoste factam, qua sit imago ipsius dæaboli. Pudet sanè ridiculum hoc refutare commentum, quod eius authorem, vel cogitasse quidem debuit puduisse. Legantur Bellarm. tom. 3. lib. 5. de ammissione gratiæ, cap. 2. & 3. & Valen. tom. 2. disput. de Peccatis quæst. 12.

**S**ecundus Lutheranorum, & Calvinistarum error est, peccatum originale consistere in ea corruptione, quam habet natura humana post peccatum Adami, ita ut illa inordinatio concupiscentię, seu rebellio appetitus veré, & propriè sit peccatum originis, etiam in renatis per baptismum. Falsitatem huius dogmatis doctę & fūsē demonstrat Bellarmi nus saprā cap. 7. Valentia loco relato, & Stapletonius in Controversi. lib. 3. atque imprimis, si sermo sit de peccato actuali fatus probatū est in controversia de Peccatis tract. 2. disp. 2. sect. 3. nullum motum appetitus, aut alterius facultatis esse posse peccatum, quandiu libera voluntas nullo modo illum admittit: de essentia enim peccati libertas est. Deinde verò si sermo sit de peccato originali, quod est culpi habitualis. Trident. sess. 5. can. 5. definit, per gratiā quā in baptimate confertur, tolli tórum id, quod veram, & propriam peccati rationem habet: quia vt docet Apol. lus ad Rom. 8. Nihil damnationis est ijs, qui sunt in Christo Iesu. Nec quicquam valet solutio hæreticorum assertorum manere quidem peccatum, sed ad damnationem non imputari: si enim id verum esset, sequeretur non verē deleri peccata, cū tamē contrarium dixerit Scriptura psal. 50. Lanac-

Bellar.  
Valenc.

bis me, & super niuem dealbabō. Et Esaias 1. Si fuerint peccata vestra ut coccinū, quasi nix dealbabuntur. Et id ita fieri spectabat ad gloriā Christi Domini, cuius gratia superabundare debuit vbi delictum abundauit. Solum ergo dandum est istis hereticis id quod Tridentina Synodus dedit, scilicet concupiscentiam & rebellione appetitus, aut aliarum partium corporis appellari à sacra Scriptura, & à S. Augustino peccatum primum, quia ad peccatum inveniat: secundū quia est effectus peccati originis quatenus in poenam illius priuati sumus habitibus, vel peculiari Dei protectione, quibus appetitus, & alias vires hominis erant subiectae rationi.

**3** Atque hinc facilè intelligentur dñe propositiones. Prior S. Thom. afferitur a S. Thomas, Alexandro, S. Bonaventura, Scoto, Ri. Alex. cardo, & Gab. referendis secat. sequenti, scilicet *Concupiscentia Bonatitatis est materia peccati originis*. Quorum verborum sensus Scotus est, originale peccatum formaliter quidem, & essentialiter Ricardus, consistere solum in privatione iustitia originalis, quatenus subiectiebat animum Deo, ut explicabitur sect. 4. Ratione autem huius culpæ priuatum fuisse hominem illo modo, à quo protuberat plena subiectio appetitus, admirationem, & quoniā hic est unus ex magis pricipiis effectis culpe originis, iure optimo dicitur materia illius. Executionem hanc refert, & approbat Corduba lib. 1. Quæstio nariaj, quæst. 10. opin. 6. §. *Igitur quocunque modo, & eam tantum contendit S. Augustinus, si quando dicat originale esse ipsum concupiscentiam: Et S. Thomas cum affirmat originale esse quandam habitum corruptum.*

**4** Posterior propositio est S. Augustini lib. 1. de Nuptiis cap. 25. scilicet *Dimittitur concupiscentia carnis in baptismo, non ruit, sed vitam peccatum non impatur*. Hanc propositionem hæretici depravarent loco *concupiscentia scribentes peccatum*, quasi S. Doctor afferuerit peccatum originale manere post baptismum, non tamen imputari, quod tamen est aperte falsum, vt supra diximus, & contra mentem ipsius Sancti Augustini, cum ibidem dicat, *Nihil remainere quod non remittatur*. Et in cap. 23. *concupiscentiam non esse peccatum in regeneratis, & cap. 26. eos qui regenerantur, remissionem accipere prorsus omnium peccatorum*. Solum ergo dicit in illo cap. 25. *concupiscentiam*, hoc est appetitum, & alias animæ vires manere quidem post baptismum sine

**S. Thom.** ea subiectione ad rationem, quam in statu innocentiae habent: sed iam non imputari ad peccatum: quia scilicet non est iam coniuncta reatu seu peccato originali, quod per baptismum deletum est, & a S. Augustino appellatur reatus, in eo libro de Nuptijs cap. 26.

**S. Thom.** Tertia sententia affirmat originale peccatum consistere in quadam praua, seu morbida qualitate, que ex infectio-  
**Augusti.** ne carnis deriuatur ad animam, quando homo communis modo, & ordine generatur. Et quidem si haec sententia solum contendere, morbidam istam qualitatem esse ipsum appetitum, qui inordinatus remansit post peccatum, & illud, ap-  
pellet originale, quia modo dicto est effectus culpae originale-  
sis; verissima foret, & iuxta mentem S. Thomae supra, &  
S. Augustini, qui lib. 1. de Nuptijs cap. 25. concupiscentiam appellat affectionem quandam male qualitatis sicut languorem. Et fortasse nihil aliud fentit Magister in 2. dist. 30. & 31.

**Gregor.** Si autem praedicta opinio aliquam aliam qualitatem affirmat esse peccatum originale, vt docent Greg. in 2. dist. 30. q. 1. art. 2. & alij quos refert Vazquez 1. 2. tom. 1. disp. 132. cap. 4. merito rejicitur, vt minime verisimilis. Primo quia originale est quoddam peccatum habituale, hoc autem non est physica qualitas, sed ipsum actuale peccatum moraliter perseuerans. Secundo, quia peccatum originale potest, & solet manere in anima, separata sicut manet in animalibus infantium, qui modo sine baptismo discedunt: ergo qualitas, in qua fingitur hoc peccatum consistere, debet esse spiritualis: nam anima separata nullum habet accidens corporeum. Sed nullum est agens particulare, a quo predicta qualitas producatur: ergo in illa non constituit originale. Minor patet: quia illud non potest esse Deus, quippe quoniam non est auctor peccati: nec potest esse qualitas alia producita in corpore primi parentis, & per generationem, ad posteros derivata: tum quia qualitas non potest connaturaliter produci ab agente corporeo: tum etiam quia ea qualitas corporea factitia est: vel enim produceretur a peccato Adami, vel a cibo vetito, quem manducarunt primi parentes, vel a sybilo serpentis. Primum rejicitur: quia peccata actualia aliorum hominum non habent vim producendi aliquam naturalem qualitatem, quæ sit pecca-

peccatum habituale: Ergo nec peccatum Adami. Secundum est ridiculum: quia si ille cibus non fuisset vetitus a Deo, non produceret eiusmodi qualitatem, sed extrinseca prohibitio Dei non addidit illi realem aliquam virtutem producendi. Ergo cibus vetitus nihil produxit, quod esse posset peccatum. Tertium denique non minus falsum est: quia serpentis conatus foret omnino irritus, si primi parentes libera sua voluntate non consentirent peccato. Ergo originale non fuit quidquam a serpente productum, sed a libera Adami voluntate profectum, vt supra explicauit.

Quarta sententia docet, originale peccatum esse auersio nem a Deo, vt auctore supernaturali solum; non autem vt naturali. Sed diminutum explicat originalis essentiam: nam peccatum actuale Adami fuit auersio a Deo auctore supernaturali & naturali. Sed originale est ipsum actuale Adami inmorality ad nos transfusum: Ergo originale est etiam auersio a Deo auctore supernaturali & naturali. Consequentia est evidens: minor partim constat ex dictis, partim patet ex dicendis in hoc capite. Major probata est in materia de peccatis tract. 1. disp. 2. vbi in generali ostendimus, omne peccatum mortale esse etiam contra Deum vt auctorem naturæ: quia lex naturalis dicit obediendum esse Deo in omnibus, quæ precepit.

## SECTIO. II.

*Statuitur communis & vera sententia, quæ affirmat originale peccatum constitutum esse in priuatione iustitiae originalis.*

**B**EATVS Anselmus in libro de Coceptu virginali existimat peccatum originale formaliter consistere in priuatione iustitiae originalis, quam posteri in Adamo perdididerunt. Vnde in capit. 26. Hoc, inquit, Peccatum, quod originale dico, aliud intelligere nequeo in ipsis infantibus, nisi ipsam quæ supra posui factam per inobedientiam Adæ, iustitia debita nuditatè. Hanc tanti Patris doctrinam vnamini serè consensu amplectuntur scholastici Theologi, dissertè testantes, peccatum originale esse priuationem iustitiae originalis, quæ pueris S. Thom. incise debebat. Sic S. Thomas 1. 2. quæst. 82. art. 3. Alexad. Alexad. 2. par. quæst. 115. Membro. 2. art. 1. S. Bouau. in 2. dist. 30. Bonanæ. art. 2.

# DISP. I. DE ESSENTIA

*Gabriel.* art. 2. q. 1. vbi Gab. q. 3. art. 1. opin. 3. Ricar. art. 9. q. 1. Argē  
*Ricard.* tina. art. 4. Bassolis. q. 1. art. 2. Aegidius. q. 1. art. 5. Vdalri-  
*Argētus* apud Chartus. q. 1. Scot. dist. 32. §. Quoad primū. An-  
*Bassolis.* gles in 4. dist. 30. q. vnicā dist. vltima. Palacios ibi. Ferrā. 4.  
*Aegidi.* contrag. ca. 62. S. Antoninus 1. p. titu. 8. ca. 1. initio. Sotus. 1.  
*Vdaldr.* de Natura & gratia ca. 9. Stapletonius li. 1. controuer. ca. 7.  
*Scotus.* Medi. 1. 2. q. 8. 2. art. 3. Bellarm. tom. 3. Controuer. 2. lib. 5.  
*Angles.* de amissione gratiæ ca. 17. Azor. 1. p. Instit. moral. li. 4. ca.  
*Palacios.* 16. Vazquez. 1. 2. tom. 1. disp. 132. ca. 8. & . 8. Val. tom. 2. disp.  
*Ferrara.* 6. q. 1. 2. pñ. 1. Salas. 1. 2. q. 81. tract. 13. disp. 11. se. 2. & . 3.  
*S. Anto.* & alij recentiores.

Sententiam tanto doctorum præsidio munitam, quæ venit. 9.  
*Sotus.* rissima est, immerito reiiciunt Catharinus, & Campensis  
*Staplet.* relati capit. 6. Rubione in 2. dist. 30. quest. 2. Zumel 1. 2. q.  
*Medina.* 82. artic. 3. concl. 5. licet in 2. consecratio suam Beato An-  
*Bellarm.* felmo explicationem adhibeat. Imo Salmeron in capit. 5.  
*Azor.* Epist. ad Romanos disp. 46. conc. 6. fatetur aliquo modo ca-  
*Vazquez.* rentiam iustitiæ originalis esse peccatum; licet in concl. 2.  
*Salas.* appeller potius illam effectum peccati: & ea videatur fuis-  
*Cathari.* fe mens illius in discursu disputationis.

*Campf.* Et quidem, cū in capite 2. sect. 3. huius disputationis dis-  
*Rubione.* tinxerimus duplēcēm acceptionem iustitiae originalis, sci-  
*Zumel.* licet iustitia habitualis, & iustitiam actualem; expenda-  
*Salmeron.* mus oportet, an peccatum originale consistat in priuatione  
*iustitiae* originalis habitualis, an potius in priuatione iusti-  
*iae* actualeis. Inde enim maximē perdet huius grauissimæ,  
*questiōnis* decisio: & veræ atq; cōmuni sententia legitima  
*declaratio*, & comprobatio.

## SECTIO. III.

*Reiicitur explicatio illorum, qui peccatum originale constituant in pri-  
 uatione iustitiae originalis habitualis.*

**N**ONnulli ex doctoribus præcedēti sectione relatis, pre-  
 fertim recentiores ita intelligunt, & sequuntur cōmune  
 sententiā, vt putent peccatum originale infantium nihil  
 aliud esse quā priuationem illius iustitiae habitualis, in qua  
 conciperint si Adamus nō peccasset, nec aliter inrelligi-  
 posse prædictū peccatum, aut doctores, qui cū Anselmo affir-  
 mant, esse priuationem iustitiae.

12  
Hac

## PECC. ET IVST. ORIG.

20

Hæc tamen explicatio mihi non probatur. Primo, quia peccatum originale est culpa habitualis: sed culpa habitualis nō cōsistit in priuatione alicuius doni habitualis: ergo nec peccatum originale. Consequētia est evidens: major patet: quia peccatum est tantum duplex: scilicet actuale, & habitualis. Sed originale non potest esse actuale, quia infantes, in quibus reperitur, nullum actum eliciunt, nec pro eo statu elicere possunt, nec Adamus, qui fuit causa nostri peccati, elicit modo aliquē actum, qui actualiter nobis ad culpam imputari possit, cum iam sit in celo, vbi non potest peccari. Ergo solū est peccatum habitualis. Minor deniq; primis ylo gismi probata efficaciter est in materia d̄ peccatis tract. 8. disp. 1. tā auctoritate quā ratione. Ostendimus enim peccatum habitualis esse ipsummet actuale; quatenus moraliter perseverat, dū non remittitur. Verbi gratia; cum quis odio habuit proximum, transfacto illo actu, dicitur manere peccatum odij habitualiter, quia nō dū remisum est. Et id ipsum elucet in iuroria; quā vñus homo alteri infert: unde sicut odij proximi, quod est peccatum actuale, nō cōsistit in priuatione alicuius habitus, ita nec peccatum habitualis.

Secundō refellitur eadē explicatio. Etenim id, quod solū est poena peccati, nō potest esse peccatum originale: sed priuatione iustitiae originalis habitualis est solū poena peccati: ergo non potest esse peccatum originale. Consequētia est evidens: & maior omnī so certa, quia peccatum originale est verum peccatum, solā autē poena peccati non est verum peccatum, sed effectus illius: minor ergo probatur, tū quia verissimē & propriissimē dicitur homo priuat⁹ suis gratia, & donis habitualibus in poenam sui peccati, sicut propter eandē culpā dicitur punitus morte, & alij arūnisi. Tū etiam quia illud malū, cuius Deus author est, nō potest esse culpa, vt docet fides: Sed deus fuit author priuationis iustitiae originalis habitualis, verēnī ipse abilitat gratiā & cetera dona habitualia à primo nostro parente, & à rotā illius posteritate, ergo priuatio ista est solū poena peccati originale. Responderi potest, priuationem hanc, posse duplēcē considerari, uno modo vt est à Deo priuante Adamum, & pōsteros eius propter inobedientiā; & sic esse solū poenam, & à Deo proficiēti. Altero modo, vt est ab homine scilicet ab Adamo, qui nomine suo,

suo, & totius posteritatis voluit gratię, & donorum priuationem, cum tamen non velle debuisset: & sic habere rationem peccati originalis, & non à Deo, sed à nobis proficiisci. Hæc tamen solutio non satisfacit. Primo, quia si vera foret, nulla esset pœna propter culpas à Deo infictas, quæ non posset dici, & esse peccatum. Si enim si mors, gemitudo, & dederus. Considerentur vt volita à peccatore, quatenus voluit peccatum, propter quod à Deo infliguntur, non minus dici poterunt habere rationem peccati, quam priuatione gratię, seu iustitię originalis, cum eadem ratio sit. Satis autem patet id esse alienum à cōmuni sensu. Secundo, quia Adamus, & posteri in ipso contenti, non aliter voluerunt priuatione iustitię originalis habitualis, quam volendo transgredi diuinum præceptum: nec enim fuit illis lex specialis imposta conseruandi iustitiam, sed seruandi cætera mandata. Ergo in voluntate transgrediendi legem, non autem in priuatione iustitię habitualis est ratio peccati constituta: illa enim voluntas fuit à nobis, & contra Dei voluntatem: Hæc autem priuatio fuit à Deo, supposita transgressione.

## SECTIO: IIII.

*Vera explicatio communis sententiae tam ratione, quam aucto-  
ritate probatur.*

SUPEREST ergo dicamus, peccatum originale esse priuationem iustitię originalis actualis, quæ verè & Physis extitit in Adamo, cū diuinum mandatum trāsfusus est: in nobis vero posteris eius existit moraliter, cū priūm naturali modo, & ordine concipiatur. Pro cuius declaracione nota primo, peccatum actuale cōmissionis, quod ēcumque illud sit, cōsistere in priuatione reūtitudinis actualis, quæ deberet inesse actu illius, qui peccat, vt latè in materia de Peccatis tract. i. disp. i. probatū est. Verbi gratia, cum quis elicit actum odij Dei, malitia illius peccati consilium formaliter in priuatione actualis reūtitudinis, quæ deberet ille actus habere diligēdo potius ipsum Deum. Unde cū reūtitudo seu bona operatio soleat etiam appellari iustitia in sacro Sermone, vt apud Isaiam, *Omnes iustitiae nostrae quasi pannus menstruatae;* Reūte quoque dici potest, quodlibet peccatum actuale consistere in priuatione actualis iustitię. Et

## PECC. ET IVST. ORIG.

Et ita loquitur S. Anselmus semel, & iteruni in lib. de Con- cord. præscientię & prædest. Cum libero arb. cap. i.

16 Nota secundó, Peccatum actuale Adami, cū fuerit peccatum comissionis, vt patet ex cap. 4. bene etiam appellari posse priuationem reūtitudinis, seu iustitię actualis: sed præterea addi debere, hanc priuationem fuisse iustitię originalis actualis; quia hac consistebat in actuali; & plena subiectio anima ad Deum, & corporis ad animam: peccatum vero Adami priuavit illum hac actuali subiectione. Nam superbia, infidelitate, gulla animus se opposuit Deo, & rebellione carnis, quam expertus est, corpus ipsum aduersus animam insurrexit: & licet quodlibet peccatum mortale hac subiectione priuaret; nos loquimur solūm hoc loco de speciali priuatione actualis iustitię originalis, quæ fuit in eo peccato, quod Adamus re ipsa commisit; & supra declaratum est.

17 Nota tertio; Postquam Adamus à suo actuali peccato cessauit, mansisse in illo peccatum habituale: id est, moraliter fuisse Adamum in illa eadem actuali transgressione, donec à Deo remissa est: cū ergo peccatum actuale fuerit priuatione iustitię originalis actualis; peccatum habituale nihil aliud fuisse credendum est, quam eiusdem iustitię priuationem in ipso Adamo moraliter perseuerantem. Ex quo tandem concluditur quartó, peccatum originale, quod ab Adamo in posteris deriuatur, esse etiam priuationem iustitię originalis actualis; nam peccatum hoc nostrum est habituale; vt nō semel dictum est, sed peccatum habituale est ipsum actuale moraliter perseuerans: Ergo & nostrum hoc peccatum est ipsum actuale moraliter perseuerans. Rursus hoc actuale non fuit in nobis; quia nos tunc non poteramus aliquem actum elicere: ergo fuit solūm in Adamo, in cuius voluntate voluntates nostræ continebantur. Ergo nostrum peccatum originale seu habituale, est ipsum actuale Adami, ad nos moraliter trāsfusum: ergo sicut peccatum Adami fuit priuatio iustitię originalis actualis, ita & nostrum originale.

18 Sed pro maiori explicatione obijcties primo; Peccatum originale debet esse vnicuique proprium, vt ex Concilio Tridentino supra relatum est capi. 6. Sed iuxta explicacionem sententiae S. Anselmi, quam nos sequimur, non est vni- cuique

cuique proprium. Ergo explicatio falsa est. Maior & consequentia patent: minor probatur, quia peccatum originale non est aliud, quam primitio iustitiae originalis actualis, que fuit physice in primo parente: Sed haec primitio physice loquendo non reperitur in posteris eius: ergo nihil est in singulis, quod vere & propriè peccatum sit. Confirmatur, quia peccatum actuale Adami fuit unus actus physicus; ergo ex illo non potuerunt ad nos deriuari tot peccata numero distincta, quot sunt homines, in quibus residet hoc peccatum.

Respond. negando minorem, & ad probationem dicitur, nihil physicum esse in posteris Adam, quod sit peccatum originale: esse tamen aliquid morale, & id sufficere, ut in totu' rigore dicatur esse unicum proprium. Ad confirmationem, certum est ex uno actu physico posse prouenire plures denominations morales, que proprie dicantur numero distinctam: ab eadem enim omnino impositione, qua causa fuit, ut haec vox homo, significaret hominem, deriuantur tot significationes numero distinctam, quot sunt voces homo: si enim haec vox simul proferatur a triginta hominibus, sicut in singulis dicitur esse vox, & terminus homo, numero distinctus, ita habet etiam significationem numero distinctam. Et ab eodem numero actu, quo rex voluit nobilitate militem, & omnes filios, quos deinceps genererit, vere dicentur nobiles omnes illi filii, quando geniti fuerint, & nobilitas unius filii, est numero distincta a nobilitate alterius, ut satis patet ex communi loquendi modo; & ideo potest unus filius illa priuari postea in paenam alicuius delicti, licet ceteri nobiles perleuerent.

Obijcies secundo. Peccatum originale debet esse in singulis infantibus, seclusa consideratione intellectus; sed si esset aliquid morale, non existaret seclusa consideratione intellectus; ergo non est in singulis infantibus hoc peccatum aliquid morale. Consequentia est evidens; maior patet, quia polteros Adami concipi in peccato, non est intellectus nostri consideratio, sed veritas, quae sacra scriptura distinxit tenuit. Minor probatur; tum quia esse morale est aliquid rationis: tu etiam, quia si esset aliquid reale, deberet dari forma realis, a qua huius peccati denominatio proueniret: haec autem forma nulla assignari potest in nostra sententia.

Rep.

Respond. Concessa maiori negando minorem; & ad primam probationem, nego esse morale, dici debere ens rationis, quando vere provenit a forma reali absque ulla omnino fictione nostri intellectus, ut vere provenit in praesenti. Unde ad secundam probationem respond. hoc esse morale, quod in singulis infantibus existit, & peccatum originale nuncipatur, esse denominationem ab actu reali, quo peccauit Adams: quatenus eo ipso quod ille nomine omnium violaret divinam legem, est sufficiens fundamentum, ut singuli posteri eius prudentissime censeantur eiusdem legis transgressores: & illa transgresio, que fuit una physice, in singulis posterioribus existit moraliter: eo modo, quo nobilitas existit in singulis posterioribus militis deriuata a uno actu physico, quo Rex posteritatem illius nobilitavit.

Obijcies tertio. Nemo habet priuationem iustitiae actualis, nisi qui eliceret potest actum bonum: sed infantes non possunt elicere actum bonum. Ergo non habent primitiionem iustitiae actualis; ergo, vel non habent peccatum originale, quod est absurdum; vel illud non consistit in priuatione iustitiae actualis. Respond. distinguendo maiorem; ille enim non habet primitiionem iustitiae actualis, qui nec in se, nec in suo capite potuit, & debuit habere iustitiam actualiem: qui vero potuit illam habere, saltem in suo capite, benè potest habere talem priuationem, non quidem, quae physice, & realiter in ipso sit, sed quae in illo moraliter per seueret, quatenus ei imputatur; & eiusmodi sunt posteri Adami. Lucet enim in ipsis non existat physice priuationem iustitiae actualis, existit tamen moraliter, quia in suo capite voluerunt carere actuali subiectione ad Deum, & haec caritia sicut fuit illis voluntaria, ita quoque eis imputatur, & moraliter inharet, donec deleurat.

Hacenus explicuimus, in quo sensu vera sit communis sententia relata in sect. 2. Modo superest ostendamus in eodem sensu eam docuisse grauissimos autores. Et primum quidem non dubito eam fuisse mentem Beati Anselmi, qui prefatam sententiam author fuit. Primo, quia ipse existimat omne peccatum esse priuationem iustitiae, ut supra notabamus; nec discrimen exhibet inter habituale & actualis. Ergo sic ut ex eius mente ratio peccati actualis confi-

# DISP. I. DE ESSENTIA

consistit in priuatione actualis iustitiae; ita etiam ratio peccati habitualis, quod non est aliud quam actuale moraliter perseuerans. Secundum, quia in lib. de Cōceptu virginali, vbi prædictam sententiam primitus scripsit, per iustitiam inteligit actualem, non habitualem. Vnde in Ca. 23. ait. *Totus peccatum mansisse in Adamo aliquā iustitiam, in paruulis nullam manere, donec delatur peccatum.* Satis autem constat non mansisse in Adamo iustitiam habitualem seu gratiam: contendit ergo mansisse iustitiam actualem in aliquo sensu, quatenus scilicet eliceretur portuit aliquos actus bonos. Deinde ibidē probat originale esse & quale in omnibus pueris: quia non potest unus infans esse quo ad actus iustior, vel iniustior altero. Non enim, inquit, *est iniusto iniustior, nisi qui plus amat, aut contemnit, quod non debet: sic igitur infantes nequeunt, mox ut animam habent, alias alio maius, vel minus velle, quod debet, aut quod non debet, nemo potest probare, quod in infanticis alias alio nesciat iniustior.* Hactenus S. Anselmus, qui plenius adhuc mentem suam declarauit Ca. 28. Objicit enim quo pacto per baptismum deleatur paruulis originale, cum adhuc maneant sine iustitia, quippe qui illam habere non possunt, cum sint incapaces rationis pro illo statu. Respondebatque, *Manere hanc iniustitiam, sed iam illis ad culpam non imputari, quia post baptismum iam id non est culpa.* Intelligit ergo manifeste per iustitiam aliquid actuale. Nam iustitia habitualis sine dubio confertur infantibus in baptismo.

Deinde Zumel vbi supra §. Secundum colligo, affirmat, doctores dicentes originale cōsistere formaliter in priuatione iustitiae originalis, intelligi posse de priuatione reūtudinis, ad quam iustitia originalis habitualis inclinabat, atque adeō de actuali iustitiae: quae explicatio licet non omnibus scholasticis in 2. sezione relatis adaptari possit, accommodaritamen potest. Alexand. S. Bonaventura, & præsertim S. Thomæ. Vnde Medina supra dixit, *Originale non est priuationem ipsius doni, quod dicitur iustitia originalis, sed subiectum ad Deum:* sic illicet actualis: nam propterea ait, peccatum originale esse ipsam transgressionem primi parétis in nos origine trāsfusam; quod non est aliud, quam quod nos docuimus. Corduba etiam 1. Questionarij, quest. 10. opinione. 6. §. *Igitur prædicta opinio, & sequentibus manifestè constituit peccatum originale in priuatione subiectonis actualis.*

# PECC. ET IVST. ORIG.

23

actualis ad Deum, quod etiam securus est, & optimè expli- Herrera. cuit Herrera in 2. sent. Scotti disp. 28. quest. 3. in ultima sen- tentia & conclusionibus, dicens esse opinionem Scotti. Durandus præterea in 2. dist. 30. quest. 3. docet priuationem gratię esse pœnam peccati originalis, hoc verò formaliter, cōsistere in indignitate, seudebito carédi iustitia, quod cer- tè debitum non potest esse aliud quam peccatum. Adami in posteris moraliter perseuerans. Denique Salmeron vbi su- Salmeron prā disp. 47. pag. 605. col 1. dum ait originale transfundi ad posteros non in se, sed in suis effectibus, nec esse aliud, quam actuale peccatum Adami, solùm velle credendum est, nihil Physicum transfundi, quod veram culpę rationem habeat, sed solùm aliquid morale, vt ánobis explicatū est, & illius effectus esse priuationes gratię, & aliorum donorum.

## C A P. X.

**An si primus parens non comederet fructum arboris vetitæ, sed alia præcepta violaret, trasfunderetur peccatum in eius posteritatem.**

**S**umel. Bonaventura, quem refert Chartusianus in 2. disp. 33. Bonau- quæst. 2. in fine. A Egid. Rom. ibidem dub. 3. literali Egidius. Zumel 1. 2. quæst. 81. art. 2. disp. 1. & doctri recentio. Zumel, res existimare quodcumque peccatum lethale, quod à primo parente committeretur, fore transfundendum in posteros, ita vt, licet Adamus fructum arboris vetitæ non gustasset, imò nec gustare voluisse; si tamen aliud Dei mā- datum transgressus esset, eodem modo tota posteritas vi- triata maneret, & infantes contraherent originale.

**2** Suaderi potest hæc sententia primò. Quia quodlibet pec- catum mortale priuaret Adamum originali iustitia, tam habituali, quam actuali: Ergo illam amitteret etiam roti suę posteritati. Patet consequentia: quia Adamus ea legę & conditione iustitiam accepit à Deo, vt illam fibi, & posteris, vel amitteret, si peccaret; vel conseruaret, si se in officio cōtineret. Antecedēs verò probatur: tunc, quia quodlibet peccato mortali amittitur subiectio mētis ad Deum, cùm de ratione peccati sit, esse inobedientiam, & violatio- nem

ne[m] diuinæ legis: tum etiam, quia quoduis mortale destruit gratiam habitualem: Hac autem destructa perit potissima pars iustitia originalis. Confirmatur, quia, si Adamus committeret aliud peccatum mortale, & ante remissionem illius generaret filios, hi verè conciperentur priuati iustitia originali. Ergo quodlibet aliud mortale transfunderetur in posteritatem. Patet consequentia, quia peccatum originale est priuatio iustitiae originalis, sed filij tunc conciperentur priuati iustitia originali. Ergo in peccato originali. Ergo quodlibet aliud peccatum mortale transmitteretur in posteritatem. Antecedens probatur: quia qui non habet iustitiam, non potest illam in filios transmittere, sed tunc Adamus non haberet iustitiam, ergo non posset illam in filios transmittere. Ergo filium tunc ab eo geniti forent sine iustitia, ac proinde cum illius priuatione.

Secundò suadetur. Quia alia peccata grauiora committit; & committere potuit Adamus: grauius enim delictum fuit superbia, vel infidelitas, quam comestio arboris vetite: & multò atrocius deliquisit, si D[omi]n[u]m odij haberet. Ergo non est credendum de diuina sapientia, atq[ue] iustitia, statuisse in pœnam peccati gulæ interitum totius generis humani, non autem in pœnam odij, vel infidelitatis. Confirmatur, quia re ipsa transfunditur ad posteros infidelitas, quam fuisse in Adaino ostendimus in Capit. 9. ergo eodem modo alia peccata transmitterentur. Consequentia patet à paritate rationis: antecedens verò probatur, quia pueri concipiuntur priuati habitu fidei, quæ non amittitur nisi propter infidelitatem. Ergo verè imputatur illis infidelitas Adami: imò propterea dicebamus loco citato Adamū amississe fidem, quia alioqui cum ea posteri illius conceperentur.

Dicendum tamen est: Si Adamus non ederet fructum arboris vetig, non fore vitiandam naturam humanam, nec transfundendum peccatum originale cum pœnis illud consequentibus. Sic sentiunt Ambrosius Cahtarinus in opusc. de peccato originali parte vltima, & Alfonsus Salmeron in Epistol. ad Roman. disputio . 45. circa finem, quibus ego nunc libenter subscribo, licet olim cùm de peccatis scri-

scribèrem in tractat. oītauo disputatione tertia aliter senserim.

Probatur primò. Quia illud solùm peccatum transfundendum erat ad posteros, propter quod Deus mortem minoratus est primo parenti, sed propter solam comestionem fructus vetiti minoratus est Deus mortem primo parenti: Ergo solùm peccatum comestionis fructus vetiti transfundendum erat ad posteros. Consequentia est evidens, minor perspicua est ex capit. 2. & 3. Genes. Maior probatur, quia Genes. 2. ad transmutationem peccati plenè intelligendam necessarium est 3. fuit pactum initium inter Deum, & Adamum pro se, atque sua posteritate, vt capit. 3. dicebamus: Hoc autem pactum non fuit aliud, quam quod ex Genesi colligitur, sed pactū Genesis solūm fuit, *In quacumque die comedederis, morte morieris,* Ergo peccatum comestionis, & non aliud fuit, propter quod sibi, & posteris minoratus est Deus morte, ac proinde quod sub peccatum cecidit quare illud & non aliud transfundendum erat.

Confirmatur. Quia Sa[nta] Scriptura in principio Genes. huic, & non alteri peccato pœnas infligit. Ergo & illud, & non alia transmitenda erant ad posteritatem. Probatur consequentia. Nam si alia quoque transfundenda forent, cur potius illi, quam interna superbia, aut infidelitati infligeret pœnas: certè illa interna peccata supplicium merebantur, & Deus sine dubio puniet non solùm pœna temporaria, verùm etiam aeterna, si non remitteret. Sed quoniam non erant peccata, quæ naturam nostram vitiarent, sed solis primis parentibus nocerent, non fecit Deus de illis mentionem, nec pœnam mortis se pro illis inflicturum commemorauit. Confirmatur iterum: quia Apostolus ad Roman. quinto, *Iudicium*, inquit, *ex uno (scilicet delicto) in Roma. 5. omnes homines in condemnationem, gratia verò ex multis delictis in, iustificationem.* Sentic ergo Paulus, vnum tantum ac determinatum delictum fasce in decreto, & dispositione diuina, quod in omnes homines transmittendum erat: & propter quod omnes damnationi erant obnoxij, contra verò multa esse delicta, quæ assertoris nostri gratia derit.

*Ecclesia.* Secundò. Probatur anthonitate Ecclesiae, quæ in Praefatione Missæ sanctæ Crucis sic canit: *Salutem humani generis in Ligno Crucis constitutum: vt unde mors oriebatur, inde vita resurgeret, & qui in Ligno vincebat, in Ligno quoque vinceretur per Christum Dominum nostrum.* Vbi eo modo docet Ecclesia dependisse nostram vitam à Ligno Crucis, quo dependit nostra mors à fructu arboris vetitiæ, quem vetus Adam comedit. Sed ex vi decreti diuini nō recuperaret genus humanum vitam gratiæ, & immortalitatem gloriae, nisi Christus Dominus in Ligno Crucis moreretur: Ergo nec idem genus humanū mortem animæ, & corporis incurriteret, nisi Adamus fructum Ligni vetiti comedisset.

Tertiò probatur. Quia in ijs, quæ pendent ex diuino beneplacito, nihil afferendum est, nisi ex Verbo Dei, & Patrum interpretatione colligatur: sed in Verbo Dei, & doctrina Patrum, quoties fit mentio de causa nostri interitus, recurrit ad Lignum vetitum, cuius fructum gustauit Adamus, & hæc est communis conceptio fidelium. Ergo cum id dependerit ex beneplacito Dei volentis ita disponere, afferendum est, comeditionem huius fructus, & non aliud peccatum nobis nocuisse. Maiorem docet S. Thomas 3. p. q. 1. art. 3. & eo principio nititur, vt probet verissimam assertiōnem, scilicet Incarnationem non fore ex vi præsentis decreti, si peccatum non fuisset. Minor probatur: quia vix de hoc agitur in sacra Scriptura, nisi in principio Genes. & in Paulo, qui historiam Genesis respicit ad Rom. 5. vbi de originali tractat ex professo. In Genesi autem, & consequētē in Paulo, soli peccato comedendi prædictum fructum, & circumstantijs illius tribuitur noster interitus: Ergo hoc, & non aliud peccatum ad posteros transfunderetur.

Ad primum ergo respondeo, concedendo antecedens in eo sensu, quod nimirum quilibet peccato mortali amitteret Adamus gratiam habitualem, charitatē, & virtutes morales infusas, & actualem subiectiōnem animæ ad Deum: Nihilominus tamen negatur consequentia, & ad probationē respōd. Adamū accepisse iustitiam originalem ea conditiōne, vt sibi soli illam amitteret quis peccato iuxta dicta proximè in antecedenti: sibi vero & posteris nō nisi peccato comedendi fructum Ligni vetiti.

Ad confirmationem respondeo negando antecedens; & ad pro-

ad probationem respondet, licet Adamus tunc non habet iustitiam, vt priuata persona, cui physice inhæret, habebat tamen ut caput generis humani, quatenus erat in eo potestas transmittendi in posteris iustitiam, in qua conditus est, licet quando transmittebat, non haberet illum sibi physicē inhærentem. Quod quidem manifesto exemplo declaratur: Adamus enim cùm genuit filios, postquam iusificatus est, transmisit in illos culpam, quam iani non habebat sibi inhærentem, quia ad id sufficiebat culpā præcessisse, & non fuisse illi remissam, vt erat culpa naturæ, modo explicato, in cap. 7.

Ad secundum respondet. Licet alia grauiora peccata committere potuisset Adamus, noluisse Deum constitueret illum caput generis humani ad seruandam, vel amittendam iustitiam, nisi medio præcepto abstinenti à fructu arboris scientiæ boni, & mali. Et ideo solo illo peccato eam amittere posteris suis. Quod quidem mirabili Deo consilio, statutum est, vt inde sumeretur occasio redēptionis mundi per lignum Crucis, unde tanta gloria deriuuntur erat, & in quo eluxit proportio plenæ mirabilis; de quo alibi. Ad confirmationem respondet, cùm dicimus, solum peccatum comedendi fructum arboris vetitiæ transmissum esse, in Adami posteritatem, non esse sermonem de sola externa comeditione, præsertim cum hæc sine actu interno non posset esse peccatum, sed intelligi eo nomine comeditionem cum internis actibus, à quibus profecta est, & cum quibus vnu morale opus constituebat. Cōstat autem ex supradictis comedisse Adamum, quia voluit gustare ligni fructum, vt ita sciret bonum, & malum; & similitudinem diuinam, quam superbè concupierat, consequeretur: ad quod etiam conductus infidelitas ipsa, qua dubitauit saltem de veritate diuinæ comminationis: Propterea enim comedidit, quia non credidit inde mortem orituram: opinia ergo hec peccata, seu potius vnum, quod commissione consumatum est, transfundit in posteritatem. Idque disserit testatur San. Augustinus, tom. 3. in Enchiridio, capit. 45. llo, inquit, peccato uno, quod per unum hominem intravit in mundum, & in omnes homines pertransiit, possunt intelligi plura peccata, sicut unum ipsum in sua quasi diuidatur membra singula; nam & superbiam, quæ homo in sua potius esse, quam in Dei potestate dilexit. & sacrilegium, quia D. Deo

*Deo non credit; & futurum, quia cibus prohibitus usurpatus est.*  
*Bellar. leg. Cardin. Bellarmin. tomo tertio lib. quarto de Statu peccati cap. 18. vbi recte notat in hoc sensu peccatum originale esse plura peccata, in cuius confirmationem facit illud. Psalm. 50. Ecce enim in iniuritatibus eonceptus sum;*  
*Anselm. aliunde vero recte a S. Anselmo, & Scholasticis in 2. dist. 30. appellari unum peccatum. Cuius ratio est, omnes aetatis in illa culpa repertos subordinatos fuisse, & una comestione consummatos.*

*Ex quibus faciliter patet explicatio illius questiunculae, an scilicet peccatum originale in posteris existens sit eiusdem speciei cum peccato habituali Adami? Resp. enim esse eiusdem speciei cum illo, quod nomine totius generis humani commisit: quia illud ipsum moraliter loquendo existit in posteris, ut explicatum est. Et licet in Adamo fuerit voluntarium voluntate propria, in nobis vero voluntate capitum, non videtur ea diueritas sufficiens ad distinctionem essentialiem.*

*Si autem inter actus peccati, quos Adamus elicuit, fuisse fortasse aliquis, qui ad comestionem cibi vetiti non reducatur, & cum illo unum morale opus constitutum, ille non transmissus erit in posteris. Et consequenter quantum ad eum aetatum non erunt eiusdem omnino rationis peccatum nostrum, & peccatum illius.*

## CAP V T II.

### De causis peccati originalis.

**C**AUSAM formalem, atque adeo essentiam huius peccati explicimus in cap. 9. De causa finali nihil est speciale quod dicatur: nam si Adamum spectemus, in quo peccauimus omnes, finis fuit consequitio illius boni,

ni, quod peccando sibi ipsi pollicitus est. Si vero Deum qui peccatum hoc permisit, fines fuerunt, & ipsi maxime gloriose, & nobis utilissimi, de quibus in materia de Peccatis, tractat. septimo dicebamus. Quarum solum superstite his differendum de causa materiali, seu subiecto: & de causa efficienti peccati originalis.

**2.** Primum igitur quod ad subiectum spectat, Scotus in 2. distinctio 2. §. quoad primum, negat peccatum Adami appellari debere originale: quod quidem verum est, si originale accipiatur pro peccato habituali, quod ad posteros derivatur, & propria voluntate commissum non est. Sed si extendatur nomen peccati originalis ad illud etiam peccatum, quod fuit causa, & origo nostrae culpæ, dici etiam recte poterit peccatum Adami originale. Vnde Sanctus Thomas 1. 2. q. 83. art. 1. Originale; inquit, omnium hominum fuit in Adam, sicut in prima causa principali: Quod ibidem etiam rigorosius loquendo admittit. Caeterus, immo faret Tridentinus sessio. 5. cant. 3. dicens. *A. Caietanus, dñe peccatum esse originale vauum.* *Trid.*

Sed si de peccato Euæ loquamur, non debet appellari peccatum originale, quia nec ab Adamo ad Euam derivatum est, sed potius illa induxit virum ad comedendum; nec ex Eua derivaretur ad posteros: sed potius Adamo non peccante, quanvis Eua peccaret, non diffunderetur originale, ut optimè Sanctus Thomas primi secundæ, quæstio. 81. arti. 5. & alij Patres affirmant. Constatque primo ex Beato Paulo Apostolo ad Rom. 5. Per unum hominem peccatum intravit in mundum. Et 1. Cor. 15. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur. Deinde Tridentinum sessio. 5. agens de culpa originali, solum docet peccatum Adami nobis noncuisse. Denique cum solus Adamus fuerit caput nostrum, & in illo voluntates filiorum collocatae sint; sola illius transgressio nobis nocere potuit, non culpa Eue, que solum fuit personalis.

Secundum certum est; in posteris Adami, qui naturaliter ordinare generantur, esse peccatum originale, non quidem in corpore, propriè loquendo, ut optimè D. Thom. in illo artic. primo, quæst. 83. Quia licet in corpore sit rebellio carnis,

in illo art. i. quæst. 83. Quia licet in corpore sit rebellio carnis, & in ordinatis motus, qui fuerunt effectus originalis culpæ, & illius materiae: habitualis tamen auerio à Deo, quæ est propria ratio culpa, ad animam pertinet: & ideo in fantes existentes in lymbo peccatum originale habet, cum tamen corpora in illis non sint futura usque ad resurrectionem generalem.

Solum ergo difficultas est, an peccatum originale sit in voluntate pueri prius, quam in animæ essentia, an potius est conuerso.

Nonnulli graues Doctores existimant peccatum originale non solum prius, sed absolutè loquendo esse in voluntate infantis, non autem in essentia animæ immediatè. Sic S. Bonaventura in 2. dist. 31. artic. 1. q. 2. Durand. q. 3. Scotus dist. 32. §. Ad argumenta secunda quæst. ver. ad 5. Herrera dist. 28. q. vnica. Et videtur expressa S. Anselmi doctrina lib. de Concept. virginali c. 2. Probatur primò: quia peccatum originale est voluntaria, carentia iniustitiae originalis actualis, moraliter, seu habitualiter in posteris Adami perseverans: hæc autem non potest esse immediatè in essentia animæ, sed in voluntate: Ergo. Minor patet primò; quia libertas, quæ includitur in ratione peccati, non reperitur immediatè in essentia animæ, nec prius potest anima libertatem exercere, quam voluntas, quæ sola est libera facultas. Secundò: quia peccatum Adami fuit immediatè in illius voluntate, non autem in essentia animæ: Ergo & peccatum originale non est immediatè in anima infantis, sed in voluntate. Patet consequentia, quia originale est ipsum peccatum Adami in nobis habitualiter existens: Ergo habet idem subiectum quod peccatum Adami. Patet consequentia, quia actus & habitus pertinent ad idem subiectum.

Dicendum tamen est. Peccatum originale prius, & immediatius esse in essentia animæ infantis, & non in voluntate. Sic Sanctus Thom. 1. 2. q. 83. art. 2. vbi Caiet. Medina, & optimè Zumel. Probatur ratione Sancti Doctoris in corpore articuli. Etenim illud est primarium, & immediatius subiectum peccati originalis, quod est primarius, & immediatior terminus generationis; sed primarius, & immediatior terminus generationis est subiectuale compositum, ex corpore.

corpore, & anima. Ergo istud compositum est primarium, & immediatius subiectum peccati originalis; & cum nequeat esse subiectum ratione corporis, ut supra notauimus, erit ratione animæ spiritualis. Consequentia est manifesta, minor etiam constat; quia licet anima rationalis non fiat ab homine, sed creetur à Deo, est tamen corporis forma, & media unione ab homine producta, ita unitur corpori, ut verè homo dicatur generare hominem, qui ex anima & corpore unitis constitutus. Et ideo anima est capax culpæ originalis, quæ ab Adamo deriuatur. Maiorem ergo probbo; quia peccatum originale deriuatur ad posteros per generationem: Ergo id, quod primariò terminat generationem, primariò recipiet peccatum, si capax illius sit, ut verè capax est compositum ex corpore, & anima rationali.

7 Confirmatur, & declaratur hoc amplius respondédo ad argumētum partis contrariae. Etenim originale peccatum non est voluntarium voluntate pueri, sed voluntate parentis, quæ communis erat generi humano, ac proinde nō est necessarium intelligi voluntatem personalem pueri, ut intelligatur subiectum peccati originalis: sed satis est intelligi filium Adami naturali modo propagatum ab eo. Arq; hinc potius defumitur nostræ rationis efficacitas; nam licet cum puer concipitur, non habaret facultatem voluntatis, quia Deus supernaturaliter impediret illius emanationem; adhuc contraheret peccatum originale: Ergo primarium eius subiectum non est voluntas, sed essentia animæ. Antecedens ex aduersarijs etiam concedit Herrera supra concl. 2. Et probatur, quia licet non haberet voluntatem, adhuc foret filius Adami, qui voluntate primi parentis transgredi voluit legem diuinam: Ergo adhuc intelligetur habitualiter perseverare in illa transgressione, donec per Baptismum deleretur.

8 Nec est eadem ratio peccati habitualis Adami, & nostri originalis: illud enim propria voluntate commissum est, & ita semper intelligitur subiectari in voluntate peccantis, donec delectetur; originale vero non est á nobis commissum propria, sed aliena voluntate: vnde nō est necessarium esse in nostra voluntate primariò, sed potius in eo, quod primò constituit puerum filium Adæ: licet secundariò possit hoc peccatum intelligi in voluntate, quia hec est, quæ in gene-

re moris magis immediate respicit animam. Hoc autem non ita intelligendum est, quasi peccatum originale secundum essentiam suam prius sit in anima, deinde ad voluntatem deriuetur: sicut enim vel mutaret subiectum, vel esset duplex peccatum. Solùm ergo contendimus, originale ex anima deriuari ad voluntatem, quatenus in voluntate est priuatio Charitatis, & ferè omnium virtutum moralium infusarum. Et hæc priuatio est immediata pena peccati originalis. Haec tenus de causa materiali.

Iam quod ad causam efficientem peccati originalis spectat, breuiter dicendum est: causam principalem efficientem, & physicam peccati actualis primi parentis fuisse ipsummet Adamum, & eundem esse causam moralem peccati originalis, quod ab ipso in nos deriuatur: Nec enim oportet assignari causam physicę concurrentem ad istud peccatum, cùni non habeat physicam, sed moralem entitatem. Causa vero instrumentalis ad traducendum istud peccatum est semen paternum, quatenus medio illo generatur filius, qui contrahit originale. Vbi obiter aduerte San-

S. Thom: etum Thomam in 2. distin. 30. q. 1. art. 2. ad 3. & 4. recte assertuisse, in semine paterno esse quoddam vitium, seu infectionem protuentem ex peccato primi parentis. Et ratione illius dici potest puer quoddammodo infici, & mali-

Iob. 14. culari, cùni concipiatur. Sic enim Iob. 14. *Quis, inquit, posse fecere mundum de inmundo conceptum semini?*

August. Et sanctus Augustinus lib. 2. de nuptijs, capit. 8. ex varijs sacra Scriptura locis deducere contendit, inesse semini quandam maleditionem, & quoddam vitium. Hęc autem infectio non

Capro. est aliqua specialis qualitas, seu virtus intentionalis, & præfertur spiritualis ipsi semini superaddita, vt sine necessitate reputari probabile Capreolus in 2. distin. 31. q. 1. vñica ad 1. contra tertiam conclusionem. Cūm plane apparet id esse fictitum. Est igitur solùm ipsa natura seminis, que deriuatur ab homine peccatore, & modo dicto est instrumentum traducendi peccatum originale: caretque proinde ea subiectio ad rationem, quam haberet in statu ini-

Anselm. nocentia: & propterea sanct. Anselm. de conceptu virginali. cap. 7. dixit, in semine non esse immunditiam peccati, sed solùm appellari immundum, quia virtute illius concipitur homo immundus.

- Ex dictis etiam colligitur explicatio sancti Thom. r. 2. q. 28. art. 1. ad 4. & aliorum, cùm affirmant, carnem esse infectam, & macularam per peccatum: Et ideo quando illi infunditur anima rationalis, eam maculari, & contrahere originale: Sensus enim est carnem esse vitiatam: quia descendit ab Adamo peccatore per naturalem generationem, & est priuata omni illa perfectione, quam habebat ex iustitia originali, & simul obnoxia culpæ, cùm primum habuerit animam. Ex quo optimè infertur, animam cum primùm infunditur carni, debere contrahere originale: quia simul cum carne constituit filium Adami prevaricatoris, & reum eiusdem culpæ. Et sic explicata doctrina Sancti Thom. afferentis per carnem, seu mediante carne contrahi originale, facilis est, & expedita. Imo sanct. Bonaventura in 2. distin. 3. q. 1. art. 2. q. 1. eam appellat indubitatam, & a sanctis Patribus, atq; Doctoribus afferam: vnde non debuit refelli à Durando in q. 1. illius distinctionis.

### C A P I T . XII.

**Explicantur variæ difficultates circa modum, quo posteri Adami contraherent originale in alijs euentibus.**

- 1 E Numerandi sunt breuiter in hoc capite varij casus, qui non acciderunt, vt ostendatur, an, & quatenus tunc deriuaretur ad posteros peccatum Adami: id enim ad materię peccati originalis dilucidius explicandam conducere potest.
- 2 Primus casus est. An Eua contraheret originale, si prius quam illa, peccasset Adamus? Secundus. An, si Adamus genuisset filios, antequam peccasset, contraheret originale, ipso posteā peccante. Tertius. An si Adamo non peccante, peccaret filius eius, naesceretur nepotes cum iustitia originali? Quartus. An si Adamus conditus fuisset in puris naturalibus, posset etiam confitui caput generis humani, ut eius peccatum ad posteros transmitteretur? Quintus. an alij homines, qui nullo modo essent filii Adami, contahere possent peccatum originale?
- 3 In his casibus duo valde diuersa disputari possunt, vñum eorum est, quid nam fuerit possibile? Alterum, quid re ipsa

# DISP. I. DE ESSENTIA

re ipsa accideret ex vi decreti, quo Deus condidit genus humanum. Priorem difficultatem expedire possumus triplex propositione.

Dico ergo primo. Deus potuit constituere Adamum caput saltem morale cuiuscunque hominis nondum habentis vsum rationis; ita ut Adamo peccante deriuaret statim peccatum ad omnes eiusmodi infantes. Assertio est contra

Zumel. 1. 2. quæst. 81. art. 1. disp. 2. in dub. annexo dicto. 4.  
Herrera. sed eam amplectuntur Herrera in 2. Sent. Scotti disp. 24. q.

4. & alij recentiores. Probatur, quia quandiu aliquis puer non habet vsum rationis, non est sui iuris, ac proinde voluntas eius non habet suarum actionum dominium: aliunde verò cum Deus plenissimam habeat potestatem, ut de creaturis suis pro libito disponat, posset quidem omnium illorum puerotum voluntates confitituere in Adamo, sicut re ipsa constituit voluntates suorum posterorum: Ergo quod Adamus vellet, ipsi etiam vellet: ergo illis imputatur peccatum, & constituerentur peccatores, sicut posteriori modo constituyuntur.

Nec refert, illud peccatum non posse tunc ad pueros trahendi medio semine; quia generatio medio semine licet conducat, ut facilius intelligatur traductio peccati originalis, & dignitas capit, quam habuit Adamus in totam posteritatem; non tamen est simpliciter necessaria ex absoluta potentia: quia satis est à Deo eligi aliquem in principem, & caput eorum, etiam quos non generat, ut voluntates eorum, quandiu non sunt sui iuris, in tali capite constituta sint, & eo peccante peccare censeantur. Nec contradicunt huic assertioni sanctus Augustinus, epist. 23. & sanctus Anselmus de

August. Anselm. Concep. Virg. cap. 12. nam solum agunt de eo, quod euene-  
nire potuit ex vi praesenti decreti, non autem de potentia  
Dico secundò. Non potuit Adamus constitui caput hominum, qui iam essent sui iuris, ita ut eo peccante, illi contraherent originale. Assertio est contra Catharin. in lib. de

Catharin. Herrera. supra concil. 3. sed eam docent Zumel. supra, & alij. Probaturque rarione, quia in tanto negotio, à quo nimis pendet amicitia diuina, non patitur lex iustitiae, & aequitatis, ut qui sufficientem libertatem habet, ut seruet, vel violet diuinum præceptum, censeatur violator proper-

# PECC. ET IUST. ORIG.

29

ter culpam alterius. Confirmatur: Quia voluntas habentis vsum rationis non potest esse moraliter, nisi in eo, cui ipse voluerit committere suam libertatem; eo enim ipso, quod sit sui iuris, habet dominium sua voluntatis, ut sic, vel aliter operetur, potestque efficaciter nolle id, quod alter efficaciter vult. Ergo nullo modo poterit ei imputari voluntas alterius.

7 Dico tertio. Bené potuit Deus ita constituere Adamum caput omnium hominum, etiam habentium vsum rationis, ut ipso perdere iustitiam originalem habitualem, ipsi etiam eam amitterent. Probatur: Quia Deus de potentia ab potest sineulla culpa hominis, vel Angeli, sed pro sola sua libertate potest auferre ab illo gratiā, & quodlibet alio do nū supernaturale: Ergo etiā poterit auferre dependenter à peccato Adami, vel cuiuscunque alterius, non quia talis ablatio gratiæ esset tunc pena delicti illorum, à quibus auferunt, sed quia Deus, ut Dominus omnium id facere vellet pro sua libertate, & simul ut puniret peccatum Adami in subditis eius, etiam si culpam non contraxissent. Nec obstat Apostolus ad Röm. i. i. dictis: *Bona Dei esse sine paenitentia: Quia nullus ita rigide hoc testimonium declarat, ut non possit Deus, si velit, ex absoluta potentia auferre sine culpa, quod contulit propter gratiam.*

8 Circa posteriorem difficultatem percurrere breuiter oportet quinque casus supra enumeratos. Et quidem, quod ad primum attinet, Respond. Euam non contracturam peccatum originale, etiam si prius peccasset Adamus, quia id erat impossibile, iuxta dicta in assertione secunda; cum Eua iā foret sui iuris, quippe quæ plenum rationis vsum habebat: immo neque gratiam, aut iustitiam originalem amitteret, quia hæc non amittitur, nisi propter peccatum mortale existens in ea ipsa persona, quæ tanto dono spoliatur. Quare si Eua nunquam peccasset, iustitiam retinuisse.

9 Circa secundum casum. Si filii geniti haberent iam vsum rationis, non contraherent originale; si vero nondum essent sibi iuris, possent quidem illud contrahere iuxta dicta. Sed fortasse verisimilius est, non contraherent, quia iam accipiissent à Deo iustitiam originalem in conceptione, & bona Dei sunt sine paenitentia. Vnde ex vi paci, quod te ipsa initium fuit, non continebantur in voluntate Adami, nisi illi,

illi, qui nondū erant concepti. Ad tertū respond. nascitū ros nepotes cum iustitia originali, quia Deus solum Adamum constitutus caput, vt ab illo dependaret generis humani ruina: sic enim ex scriptura, Concilijs, & Patribus colligitur. Vnde ipso non peccante, non obstante peccata filiorum, quomodo Deus reliquam posteritatē produceret iustitia decoratam. Quamuis ergo aliter a Deo fieri potuerit, non nisi quod diximus factum est. Et tōdē modo, si filii geniti suissent ante peccatum, & postea peccaret Adamus, verē nepotes contraherent originale, quia ut diximus solus Adamus erat caput a quo pendebat ruina.

Ad q̄ artum. Respondetur affirmanter, quia peccatum i habituale, ac proinde originale non consistit in priuatione gratiae, aut alicuius doni supernaturalis, sed solum in peccato actuali moraliter perseverante, quod quidem etiā in puris naturalibus reperiebatur. Ad quintū patet ex dictis.

## CAPVT XIII.

## De pœnitis peccati originalis in hac vita?

**P**rimus effectus, seu prima pœna peccati originalis est priuatione donorum supernaturalium, quibus homo decoratus est in prima sui conditione, & posteritas eius decoraretur; sicut ergo in eo fœlicissimo innocentia statu nullus dolor, nullus labor, nulla mors esset: ita humanae vita calamitates innúmeræ, quas docte, & pie numerat Bellarminus to. 3. lib. 3. de anūsio. Gratia cap. 11. & lib. 6. a. C. 8. sunt pœna originalis peccati, non quia homo in puris naturalibus conditus illas non pateretur: sed quia diuino beneficio ab illis liber foret; si non peccasset. Vnde meritò dici solet, hominem, vt modo existit, & vt esset in natura pura, non differre, nisi vt hominem nudatum, & nudum: nihil enim posituum, & reale habet modo in sua naturali constitutione, quod non haberet etiam sine peccato; si Deus illum ad supernaturalem ordinem non euenisset; sed quia re ipsa primi nostri parentes insigniti sunt iustitia originali corrigente naturam, & ea iustitia ad posteros derivaretur; si non peccasset, ideo per peccatum dicimur nudati; seu priuati tantis donis. In pura verò natura so-

lūm dicere maraudi, id est non insigniti ea iustitia, quæ nobis nullomodo debebatur. In speciali verò mortem esse peccatum peccati in c. 2. statis declaratum est.

2. S. Thomas 1. 2. quaest. 83. declarat, quomodo mors, & alij defectus proueniant ex peccato: & in art. 3. ostendit, quo sensu dicatur natura per peccatum vulnerata etiam in naturalibus, habet enim ea locutio veritatem, quatenus facultates ipse, quæ aliqui mediante iustitia originali unitæ erant, & nō modo sibi consentientes, veluti diuisæ sunt, & sive tendunt ad contraria, ex quo prouenit difficultas in operibus bonis, etiam quæ sunt conformes inclinationi naturali. Videatur Vasquez 1. 2. tom. 1. disp. 138. cap. 2. vbi bene explicat vulnera naturæ, quæ venerabilis Beda enumeravit.

## CAPUT VLTIMVM.

Depœna pueris in originali decedentibus infligenda in altera vita. Et de loco, in quo futuri sunt post diem Iudicij.

**A**lbertus Campensis, in prima controvèrsia de peccato originali, paulo anté finem, licet fateatur, nihil sibi esse exploratum de statu infantium, qui in originali moriuntur: in id tamen magis propendet, vt credat nō solum illos non puniendos pœna sensus, sed etiam habitueros naturalem quandam beatitudinem, & fœlicitatem veluti in quadam terrestri paradyso. Noster etiam doctissimus Salmeron tom. 13. lib. 2. in epist. ad Rom. disput. 48. affirmat pueros post iudicium supra terram victuros, & ab angelis visitandos, fructueros etiam beatitudine naturali. Idem tribuitur Ambroſio Catharino, vt patet ex ijs, quæ refert Bellarminus infra adducendus cap. 3. De carmine Petrus de Aquila, cum alijs apud Carthusian. in 2. dict. 33. quæst. 2. asservat prædictos infantes ambulatores per terram, mutuoque colloquuturos. Ipse vero Cartusianus ait, verius credi, quod naturalis loci conuenientia non carebunt.

Ad contrarium extreum declinauerunt graues alij Doctores, qui existimant eiusmodi infantes non solum perperos siros pœnam damni, que consistit in priuatione beatitudinis æternæ: sed etiam pœnam sensus ab igne prouenientem. Sic Driedo lib. 1. de grat. & libr. arbit. tract. 3. c. 2. par. 5. & probabile reputat Greg. in 2. dist. 30. q. 3. accedunt ad istos Doctores Bellarminus to. 3. l. 6. de Ammissione grat. c. 6. Valentia tom. 2. disp. de Peccatis q. 17. pun. 4. §. Etsi autem. Et Abul. in c. 25. Matth. quæst. 665. Qui licet infantibus dene- gent pœnam ignis, concedunt tamen aliquem dolorem, seu tristitiam de ammissione summa felicitatis.

Dico primo: Pueri, qui in originali deceidunt, non habebunt beatitudinem naturalem, sed potius in limbo, ad quem modo deferuntur, perpetuo permanebunt, eriam post diem iudicij. Conclusio: quatenus affirmat, pueros carituros naturali beatitudine, non est sub his terminis assera ab antiquis scholasticis, quos ego legerim, licet meritum asserta censeatur, quia dum de puerorum statu differunt, aliqua dicunt, quæ beatitudini naturali nobis conueniunt: Illa enim sententia, quam primus leo regulus, ut pueris beatitudinem concessit, affirmat, eos habitueros amenum locum, & veluti patradysum: quod tamen est contra gravissimos pluresque doctores. Alexand. enim 2. p. q. 105. mem. 10. §. 1. in vltimis verbis ait: parvulos futuros in loco tenebroso. S. Bonavent. in 2. dist. 33. art. vlt. q. 1. in corp. ait, eos infantes carere luc corporali. Et §. ad illud ergo quod primo objicitur. Ait Richard. pœnam puerorum esse parentiam visionis, & vilitatem loci. Richardus ibidem art. 3. q. 1. Parvuli, inquit, decedentes si. Abulen. ne baptismo, obtinebunt locum ignobilem. Abulens. in quæst. 665. citata, & latius in q. sequenti docet post diem iudicij futuros sub terra. Bellarm. supra, & in c. 2. Palacios in 2. dist. Palacios 33. q. 2. dicunt futuros esse in tenebris. Azorius 1. p. Instit. moral. 1. 4. c. 33. q. 4. ait in tenebris, & loco vili mansuros esse iuxta inferos. Angles. in 2. dist. 33. difficult. 7. Sotus li. r. Sotus. de Nat. & grat. c. 19. & in 4. dist. 48. q. 2. ar. 4. ad. 4. Salas 1. 2. Salas. quæst. 83. tract. 13. dist. 11. lect. 6. q. 3. affirmant infantes istos mansuros in limbo post diem iudicij.

Vt nostra conclusio probetur auctoritate Ecclesiæ, præmittendum est, hec res Pelagianorum fuisse, pueros post hanc vitam, etiam si non baptizentur, aut pro Christi Domini

ni gloria occidentur, habituros esse in aliquo speciali loco felicitatem extra regnum cœlorum. Vnde S. August. tom. 7. li. de Prædest. sanctor. c. 13. ait: Pelagianos laborare, querendo parvulis extra regnum Dei nescio cuius felicitatis locū. Et in hoc differebat sententia horum heteriticorum ab errore cuiusdam Vincentij, quem refellit S. Augustinus in libris de anima, & eius origine, quod iste admittebat peccatum originale, & nihilominus contendebat, pueros, qui modo moriuntur fine baptismi, ire in paradysum, post diem verò iudicij peruenturos ad beatitudinem regni cœlorum: Pelagiani autem negabant originale, & tamen pueris sine baptismi decadentibus solūm concedebant vitam eternam extra regnum cœlorum. Loge B. August. li. 2. de Anima c. 12. & li. 3. c. 13. Rur sus hanc felicitatem, seu beatitudinem, quam Pelagiani extra cœlum in alio loco concedebant, non solūm esse supernaturalem, sed naturalem constat ex S. August. li. 1. de Anima, & eius origine cap. 9. vbi hoc scribit: Non baptizatis parvulis nemo promittat inter damnationem regnumque cœlorum quietis, vel felicitatis cuiuslibet, atque ubilibet quasi medium locum, hoc enim eis habens Pelagiana promisit. His positis probatur primus nostra conclusio. Ecclesia damnauit illam beatitudinem, seu felicitatem, quam Pelagius parvulis concedebat, sed hec beatitudo complectitur naturalem felicitatem, in quounque loco medio inter cœlum, & infernum: Ergo secundum: Ecclesiæ doctrinam nulla felicitas concedenda est parvulis in aliquo loco supra infernum, ac proinde in limbo permanenti sunt. Consequientia patet, & confirmabitur amplius infra. Minor constat ex auctoritate S. Augustini proximi relati. Maior probatur auctoritate conciliorum, & Patrum. Et imprimis Concil. Mileuit. quod habetur apud S. August. to. 2. epist. 92. Pueros, inquit, parvulos, si nullis innocuitur Christianæ gratiae Sacramentis, habituros vitam aeternam, nequam presumptionem. Concil. tendunt (scilicet Pelagiani) evanquantes quod dicit. Apostolus, &c. Mileuit. Deinde tom. 1. concil. in Concil. Afric. post canonem 77. referuntur haec verba ex Codice pervetus. Si quis dicit, ideo dixisse Christum Dominum in domo Patris. mei mansiones multæ sunt, vt intelligatur, quia in regno cœlorum erit aliquis medius, aut vlius dicitus locus, ubi beatè vivant parvuli, qui sine baptismi ex hac vita migrarunt, anathema sit. Nam cum dominus dicat, nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto non intrabit in regnum cœlorum: quis Catholicus

*tholicus dubitet, participem fore diaboli eum, qui cohæres esse nō me-  
ritur Christi? Qui enim dextera caret, sinistram proculdubio partem in-  
curret. Præterea sanct. Anselmus de Concep. Virg. cap. 22.*

*S. Ansel. Post diem, inquit, iudicij nullus erit Angelus, aut homo, nisi aut in  
regno Det, aut in inferno. Constatq; eum loqui etiam de infantibus,  
qui in solo originali discidunt.*

*Deniq; S. August. vbiq; hāc veritatē expressit, sed magis 6  
S. Augu. ex profeso int. 10. ser. 14. de verbis Apost. paulo post ini-  
tiū. Nullus relittus est medius locus, vbi ponere queas infates. De viuis  
& mortuis iudicabitur, alij erunt ad dexterā, alij ad sinistrā, non no-  
ni aliud. In dexterā regnum colorum est, percipite, inquit Dominus, re-  
gium. Qui ibi non est, in sinistra est: Quid erit in sinistra? Ite in ignem  
eternum. Videatur eriā. tom. 7. lib. 1. de Peccatis, cap. 24.*

*Secundō probatur ratione. Quia peccatum originale nō 7  
solum avertit puerum à fine supernaturali, sed etiam à na-  
turali, vt cap. 9. sect. 1. dictum est. Ergo sicut aversioni à fi-  
ne supernaturali respondeat priuatio beatitudinis supernatu-  
ralis; ita aversioni à fine naturali debet respondere priua-  
tio beatitudinis naturalis. Rursus; Cūm ad felicitatē natu-  
ralē valde cōducant amēnitās, aut cōmoditas loci, non est  
cur illa prædictis infantibus cōcedatur, præsertim cū modo  
dānati sint, in lymbiūq; detrusi, & verissima sit sententia Ec-  
cl. xi. cles. c. 11. Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem, in quo-  
Hyeron. cunque loco ceciderit, ibi erit. Quæ verba de damnatione, aut sa-  
Lyra. lute æterna explicant sanctus Hieronymus, & Lyranus.*

*Sed obijces. Beatitudo naturalis consistit in cognitio-  
ne, & amore naturali Dei, sed illi infantes non solum mo-  
dō, sed etiam post resurrectionem cognoscent, & amabunt  
Deum. Ergo habebunt beatitudinem naturalem: minor pa-  
ter: quia anima separata potest suapte natura cognoscere  
res naturales, imò spirituālē cognoscit melius quām nos.  
Ergo cūm nos in hac vita naturali lumine cognoscere pos-  
semus Deum authorē nature, potiori iure cognoscet anima  
separata infantis, qui in originali discelsit, & hanc cogni-  
tionē post diē iudicij cōseruabit, cūm nihil sit, quod impe-  
dit. Rursus; cūm ibi nō molestetur ab inordinatis affe-  
ctiōnēs, & peccatis, nō est cur non amet summum bonum, quod  
cognoscit, & illius cognitione delectetur.*

*Resp. in hac re circūspētē loqui oportere, ne ad doctri-  
nā in conclusione reiectā declinemus. Primū ergo illi infan-  
tes*

*tes cognoscēt res aliquas naturales, imò & Deum, ut opti-  
me probat obiectio, & docēt S. Thom. dist. 33. q. 2. art. 2. & Ricard.  
q. 5. de malo. 4. 3. Ricard. supra q. 2. Scot. Carthus. Palaci. Scotus.  
& Angles supra defin. 1. Deinde aliquualis & imperfectus Caribus.  
Dei amor, qui viribus naturālē elici potest, nō videtur pue-  
ris denegadus ob eandem rationē: quare illum concedunt  
S. Tho. supra ad 5. Carthus. & Angles, sicut & aliquale gau-  
dium, ut conceditur à S. Thom. & ab alijs Doctribus, qui  
plusquām prædicti addiderunt locis supra relatis: nam Ri-  
chard. ait forē, vt illi infantes gaudeant de bonis creatis,  
plus fortasse quām multi in hac vita. Carthusianus, Reor in-  
quit, quod paruū in naturali amore diligunt Deum plusquam se ipsos,  
& proportionabiliter ipso fruuntur, laudent, & gratias agunt Deo.  
Et Lyranus in cap. 4. Ecclesiast. num. 5. Pueri, inquit, habētr  
vita magis delectabilitē, quām posset haberi in vita præsentī. Sed in  
his triū Doct. testimonij illud solū approbo, quod aliqua-  
le gaudiū in pueris admittat. Nec ex ijs, quæ cōcessimus,  
infertur, illos perfrui beatitudine naturali: tum quia ad hāc  
necessarium est, animā nō esse infēcta labē peccati, tū quia  
beatitudo naturalis exigit magis perfectā cognitionē Dei,  
fēruentē amorē, & maius gaudiū quā quæ pueri habēt,  
aut habebunt. Tum deniq; quia hāc naturalis felicitas exi-  
git locum delectabilē, & nobilē, pueri autē obscurō, & ig-  
nobili carcere cōcludentur. Lege apud Bellar. supra cap. 3. Belarm.  
nouē obiectioē Cathar. contra nostrā conclusionem, que  
facilem fine dubio solutionem habent.*

*30. Dico 2. Pueri deceđētes in solo originali nullā omnino  
pœnā, nullū dolorē patientur. Assertio est cōmuniſ Doc. Magist.  
totum, Magistri in 2. dis. 33. lit. E. s. Tho. ibidē. & q. 5. de D. Thoma  
malo. art. 2. & 3. S. Bon. Richar. Scot. Lyra. Pal. & Angles S. Bona.  
supr. Duran. in 2. dis. 33. q. 3. Aegid. q. 2. art. 1. & 2. Gab. q. Ricar.  
vnica art. 2. Basiol. art. 2. Argē. art. 3. Vdalti. apud Carthi. Scot.  
Sot. 1. de nat. & grat. c. 14. Beltan. tra&. 13. de pec. orig. §. Lyra.  
Sūtaliū igitur. Zumel. 12. q. 83. art. 4. in 3. p. dlp. & Vazq. Palac.  
tomo 1. disp. 134. cap. 8. ¶ Probatur 1. authoritate Patriū. Angles.  
Nā Innoc. 3. in cap. maiores de Baptis. Pœna. inquit, origi. Durand.  
natūlē peccati est carbia visionis Dei, actualis verō pœna peccati, est ge.  
Egid. benna perpetua cruciatus. Quibus verbis saltē docet nō de.  
Gabri. beri originali cruciatum ignis eterni, & id tantū probant  
Bæſol. verba, quæ afferri solent ex cōmentarijs tributis S. Ambr. Argent.  
in*

**Gre. Naz.** in id ad Rom. 5. *Propterea sicut per unum hominem, &c.* S. vèrò Gregorius Naz. orat. 40. que est in sanctum baptismata ante medium, *Exstimo*, inquit, *futurum ut postremi* (infantes scilicet in solo originali mortui) *nec cœlesti gloria, nec supplicio à iusto iudice afficiantur, ut pote qui licet signati non fuerint* (scilicet baptismo) *improbitate tamen careant, atque hanc iacturam passi potius fuerint, quām fecerint.* Ecce S. Doctor omne supplicium negat pueris præter carentiam gloriae cœlestis. Foret autem nouum supplicium tristitia, vel dolor, etiam mitissimum. Quare idē docet magis expresse Nicetas in illius loci commentario. **Nicet.** Denique S. Aug. tom. 1. li. 3. de Lib. arb. c. 23. expressé testatur sententiam, qua isti pueri iudicabuntur, fore medium inter præmium, atque supplicium. Non ergo patientur pœnam sensus.

**Apo. 18** Secundó probatur ratione, quam S. Nazianz. & Scholasti ci Doctores reddiderunt. Pœna sensibilis responder culpæ actuali. Sed isti infantes non habent culpam villam actualē: ergo nec villam pœnam sensus. Minor & consequentia patient, maior probatur. Nam pœna sensus est veluti quedam correctio, & actualis molestia inflicta pro actuali delecta tione. Vnde legimus in capite 18. Apocal. *Quantum se glorificauit, & in delitijs suis tantum date illi tormentum, & iustum.* Et sà ne cum hæc certissima veritas peccati originalis, & pœna damni illi debita, sit vna ex ijs, que Ethnico difficultatē ad ferre possum, non est cur nouas difficultates addamus Catholici, infligendo illis acerbiores pœnas sine virginete authritate, aut ratione.

**Fu'g.** Sed obijcies primò authoritatem Patrum. Nam S. Aug. 13 in hom. 14. supra relata affirmat, pueros iutros in sinistram, id est, in ignem. Auctor etiam hypognost. apud S. Aug. to. 7 li. 5. post medium, id ipsum affirmat expresse. Et Fulgent. de Fide ad Petrom c. 27. *Firmissime*, inquit, tehe, & nullatenus dabit, parvulos, qui sine Sacramento sancti baptismatis de hoc seculo transeunt, ignis aeterni sempiterno suppicio puniendos. Resp. nomine ignis significari etiam alias pœnas, ut notat ipse S. Aug. t. 4. lib. 6. Quæst. in Iosue. q. 9. vnde pueros detruidi in ignem erit idem quod depurari aeterno supplicio in illo infimo loco mundi, ut scilicet pœnam damni subeant in aeternum. Et hæc etiam explicatio adhiberi potest locis sacre Scripturæ, in quibus omnes omnino, qui regnum cœlorū non intrarent, ei-

cijciuntur in ignem. Præterquam quod in istis locis videatur esse sermo de solis adultis.

**14** Secundò obijcitur Bellarni. cap. 6. alios Ecclesiæ Patres. **Bellar.** Primum enim S. Cyprianus, seu author sermonis de ratione circuncisionis, loquens de pœna originalis peccati post hanc vitam; *Supererat*, inquit, *post mortem carnis, anima labor, & afflictio spiritus.* Deinde S. Augustinus lib. 1. de origine animæ cap. 9. nullum cōcedit pueris locum quietis. Foret autem quies, si nullo afficerentur dolore. Et epist. 106. ait, pueros eterna morte multari. Et lib. 6. contra Julianum, cap. 4. post medium, cum dixisset regnum cœleste amandum valde esse a predicitis pueris, subdit: *Nihil ne mali de hac separatione patientur?* q.d. patientur quidem tristitiam, & dolorē. Denique S. Gregor. lib. 6. Moral. cap. 12. ait, *hos pueros perpetua tormenta percipere.*

**15** Respond. S. Cyprianum, & S. Gregorium solam pœnam damni voluisse illis nominibus significare. Tortumentum enim, & afflictio spiritus appellari potest priuatio beatitudinis aeternæ, quia est obiectum ex se potens affligere, & torquere. S. vèrò Augustinum in primo loco solum negare infantibus locum amorem, i de quo supra in l. conclusione. In secundo, nomine mortis aeterna significare pœnam damni. In tertio, recte inferre ex eo, quod pueri habeant amorem regni cœlestis, pati aliquod malum, non quia subeant dolorem, sed quia carentia boni amati malum est, licet non sentiantur.

**16** Obijcies tertio. Pueri cognoscunt multa, ex quibus naturaliter loquendo generari solet animi dolor. Ergo sine fundamento asseritur, nullo illos dolore afficiendos. Antecedens probatur. Nam primum sciunt, se esse priuatos cœlesti beatitudine, quam facile potuerunt adipisci, si peccatum illorum deletur fuisse. Secundò in die iudicij vere iudicabuntur, ut ostendimus in materia de nouissimis. Ergo cognoscunt suam infelicitatem, & sententiam suam damnationis perpetuæ. Tertiò, locus ille tenebris non poterit non esse molestus hominibus; qui post iudicium corpora habebunt, & sensus tam internos, quam externos.

Legi varias Doctorum solutiones: sed in sola Richardi, atque Bassolis animus quiescit: nimur rem hanc ad Dei prouidentiam reuocari debere, quæ sicut in iudicio so-

lam damni pœnam inflxit originali culpæ; ita facilè poterit ab illorum puerorum animis omnem sensibilem dolorem, aut internam afflictionem auferre, vel eo solum, quod ad eiusmodi tristitia actus nolit concurrere. Et sane cum multa alia ad hos pueros pertinentia reuocari debeant ad diuinam prouidentiam, scilicet quod sint impasibles, & immortales, quod non esuriant, quod non peccent, mirum non erit, sic hoc etiam, quod ad nostram obiectiōnē attinet, Deo reseruetur.

**Ad Articulum tertium, Quæstionis 8 i. Præm. secundæ. Et ad Articulum 1. Quæstionis 15. Tertiæ partis in secundo argumento.**

**Disputat. 2. De naturali ac necessaria Christi Domini immunitate à peccato originali.**

**I**N Disputatione præcedenti cap. 5. relata sunt varia sacra Scripturæ testimonia, in quibus diserte docemur generali peccati originalis in omnes homines transfusionem: in Adam enim omnes peccaverunt affirmat Apostolus ad Rom. 5. et nemo mundus à forde etiam infans, cuius est vnuis diei vita super terram vt, Job testatur. Sed quoniam non paucæ regulae generales etiam in sacro Sermone suas exceptiones patiuntur, imò et exposunt; opere pretium erit infrequentibus Disputationibus expendere, aut et quot exceptiones habeat generalis transfusio peccati originalis. Et primùm an Christus Dominus exceptiendus sit et quo nam iuste.

### CAP VT I.

**Christum Dominum fuisse omnino immunem ab originali peccato.**

**I. S. Tho Magist.** Certia omnino secundum fidem est assertio S. Thomæ in 1 locis relatis, et scholasticorum cū Magistro in 3. dist. 12. ca. 2. Christum Dñm. quatenus homo est, immunem fuisse

fuisse ab originali peccato. Probatur primo auctoritate sacrae Scripturæ. Ioannis 1. *Verbum caro factum est, plenum gratiæ loan. 1.* Et veritas. Vbi plenitudo gratiæ ab ipso incarnationis exordio afferitur in Christo Dño. cum ea autem incompatible omnino est peccatum originale, quod gratiam excludit. In cuius rei manifestam confirmationē facit illud Psal. 44. *Vixit te Deus Deus tuus oleo latitæ præ consortibus tuis.* Quod quidem iuxta sanctorum Patrum interpretationē significat spiritalem unctionem vnois hypostaticæ, qua Christi Domini humilitas ab ipso incarnationis puncto cōjuncta est Verbo diuino, et proinde sanctificata perfectissimè, ita ut nullum peccatum etiam originale, quod in Conceptione contrahitur et gratiam excludit, cōpatiatur. Vide, quæ in materia de incarnatione tract. 7. disp. i. protulimus in huius Psalmi illustratio. Sed fortasse propriissimum pro hac afferzione testimonium est totus contextus ca. 5. Epist. ad Rom. vbi mitali planè antithesi declarat Apostolus, duos fuisse humani generis parentes, vnum Adamum veterem, qui peccauit, et in quo omnes posteri, qui peccauerunt: alterum Adamum nouum, scilicet Christum Dominum, qui non solum peccatum non habuit, sed posteritatem originali labi infectæ abluit lauacro sanguinis sui, & sanctificauit iustitiam seu sanctitatem sibi innata. Vnde concludit. *Igitur sicut per vnuis delictum in omnes homines in condemnationem, sic & per vnuis iustitiam in omnes homines in iustificationem ruit, &c.*

**3** Secundò probatur testimonij Patrū. Nam Caius Papa in Cap. 5. Epist. decretalis, quæ habetur to. 1. Concilior. *Captivitatis, inquit, nostræ resolu originalia vincula non poterat, nisi existaret homo nostri generis, quem peccati praividicatio non teneret.* S. Cyriillus Alex. li. de incarnat. vniuersitati ca. 1. Fuit, inquit, Christus liber à peccato, vt & in ipso & in eo solo innocentia laudibus naturalia hominis coronata Spiritu Sancto ditaretur. S. Leo. Ser. 1. de Natiuitate, inquit, pro nobis initio magno & mirabili aquitatis iure certum est, dum omnipotens Dominus cum saufissimo hoste nō in sua maiestate sed in nostra congrreditur humilitate: obijcens ei eandem formam, eandemq; naturam, mortalitatis quidē nostræ participem, sed de peccati totius expertem. Alienū quippe ab hac nativitate à forde, &c. Et testatur varijs in locis, quos refer S. August. to. 2. li. 2. cōtra Pelag. & Celest. cap. 40. qui in lib. 2. contra luhian. non longe à fine eleganter ait: *illum hominem à peccato originali erutum fuisse,*

*S. Fulg.* fuisse, quem sine lege peccati repugnante legi mentis virgo concepit.  
*S. Fulg.* lib. de Incarnat. & gratia Iesu Christi cap. 13. *Vt peccati, inquit, originalis vinculo solueremur, unus exitus mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus. Hic in humana natura iustitiam habuit ex patre, mortem ex matre, vt per ipsam liberaremur ab omni peccato, qui peccatum nec nascendo (natiuitatem appellat conceptionem) nec viuendo contraxit.* Et paulo infra: *vulnus matris eius non concupiscentia mariti concubentis, sed omnipotentia filij nascens operuit.* Ideo solus est, in quo princeps mundi huius veniens nihil innuit.

4

*S. Thom.* Atque hinc sumitur tertia probatio, seu ratio S. Thomæ, Ambros. quam S. Ambrosius supra. S. Augustinus loco relato, & tom. Augusti. 3. lib. 10. de Genes. ad litter. cap. 20. & S. Anselm. lib. de Cōceptu virginali à cap. 11. ad 17. exhibuerunt, vt probent Christum Dominum fuisse immunem ab originali. Christus Dominus non fuit conceptus ex semine virili, sed ex purissimis B. Mariae Virginis sanguinibus, cooperante Spiritu sancto: Ergo Christus Dominus non cōtraxit originale peccatum. Antecedens est certum ex orthodoxa fide. Consequētia probatur, quia semen virile est instrumentum, quo mediante traducitur peccatum originale, vt in disp. praecedente dictum est: Ergo non fuit traductum originale ad Christum Dominum, in cuius conceptione nullum fuit semen virile. Confirmatur primo, quia Adamus non potuit immedieatē transmittere culpam originalem ad posteros: ergo nec ad Cainum, & Abelm, nisi generando illos: Ergo nec medieate potuit transmittere ad alios, nisi mediante aliquo homine, qui posteros generaret eo modo, quo genuit ipse Adamus, vt ita personam Adami ageret, & sic viatiam problem ederet: Ergo cum Christus Dominus non ex viro immedieatē, sed ex virginie sola conceptus sit; non potuit contrahere originale. Confirmatur secundō, quia transmissio peccati originalis est quasi in genere causæ efficientis: sed B. Virgo non concurrit ad conceptionem Christi Domini efficieatē secundum opinionem S. Thomæ, que probabilior est, vt alibi ostendimus: Ergo ad Christum Dominum non fuit transmissa culpa originalis.

Ex quibus infertur non solum Christum Dominum non contraxisse culpam originalem, sed nec fuisse illi obnoxium, nec in Adamo peccauisse: id quod non minus ex fide

fide certum est: cùm in eo sensu accipi debeant testimonia sacræ Scripturæ, & Patrum, quæ retulimus. Et persuadebunt etiam quæ in 2. & 4. capite referemus. Itaque vt Christus Dominus in Adamo peccauisset, & originali culpe fuisse obnoxius, oportebat ipsum in Adamo contineri secundum semifinalē rationem, id est, progignendum esse ab illo, medio semine virili: cùm ergo non nisi ex sola Virgine conceptus fuerit, continebatur in Adamo solum secundum corpulentam substantiam: quia verè eius humanitas ab illo tandem deriuata est, & ideo originale nō contraxit, nec illi vlla ratione obnoxius fuit.

## C A P I T . II.

Vtrum Immunitas Christi Domini ab originali fuerit naturalis, ac necessaria: an vero liberalis, & gratuita?

I N eo sensu certum est fuisse hanc immunitatem naturalē, quo in materia de Incarnatione tract. 7. dictum est, gratiam sanctificantem esse Christo Domino naturalē, id est, debitam ratione diuina Personæ, qua eo ipso quod humanitatem sibi detinxerat, non poterat illam non sanctificare personaliter, & ab hac sanctitate non poterat secundum communem legē non dimanare gratia habitualis, quæ illius affectio est. Sic ergo naturalis fuit immunitas ab originali: quia cum praedicta sanctitate prorsus erat incompatibile. Nec minus verum est in eodem sensu fuisse ista immunitatem necessariam, quia saltem de communi lege necessariū est esse sine peccato originali, aut quoquis alio mortali animam gratia insignitam. An autem ea necessitas ad absolutam potentiam extendenda sit, postea dicetur.

Si verò Christi Domini humanitas nō cōsideretur vt vnta Verbo, sed præcisē secundū se: dubitari iure optimo potest, an naturaliter, & necessariō habeat prædictā immanitatem, an potius liberali & gratuito beneficio. Quod enī fuerit liberalis & gratuita, suadetur primō. Quia licet illa humanitas nō fuerit concepta ex semine virili, suapte tamen natura petebat ex eo cōcipi, cùm sit eiusdē speciei cūq; ceteris humanitatibus, quæ id postulant: si autē ex semine virili

rili conciperetur, & aliunde non esset vnta Verbo diuino, poterat contrahere originale, cum descendaret ab Adamo per seminale rationem. Ergo quod liberata fuerit ab originali mediante vnone hypothistica, & Conceptione ex solidis B. Mariæ sanguinibus, gratia & liberalitas fuit. Secundò suadetur, quia illa humanitas secundum se est capax peccati actualis & personalis, solùmque ex gratia habet non posse peccare. Ergo idem dicetur de originali. Tertio, quia quicquid natura humana habet à Deo est gratuitum beneficium. Sed humanitas Christi Dñi habet prædictam immunitatem à Deo. Ergo prædicta immunitas est gratuitum beneficium. Nihilominus crederimus, verissimili ratione dici posse immunitatē ab originali culpa fuisse naturalē & necessariā in ea humanitate, quā diuinū Verbū assumpst. etiā si secundum se cōsideretur. Moneor ad ita sentiēdū, quia quicquid ex letiæ tribui potest huic felicissimæ naturæ, tribuendū certè est, si nullū inde incòmodū proueniat. Quid enim alatum erit cōparatione humanitatis. *Cuius tāta fuit & tā celsa subversione, vt quō attolleretur altius nō haberet? vt præclarè S. Aug. li. de Prædict. sanctor. c. 15.* Et quæ immunitas aut puritas non decabit humanitatē, quā sibi deuinxit author vniuersa puritas? Sed nullum incòmodum prouenit ex eo quod dicatur, immunitatē ab originali fuisse naturalem & necessariam aliquæ ratione in humanitate Christi Dñi secundum se cōsiderata: ergo id illi tribuendum est. Minor probatur, quia humanitas, quæ suaptenatura petit non descendere ab Adamo per semen virile, naturaliter, & necessariō est immunis ab originali; sed humanitas Christi Domini suaptenatura petit non descendere ab Adamo per semen virile. Ergo naturaliter, & necessario est immunis ab originali. Maior patet ex cap. præcedente, quia peccatum originales secundum doctrinam sanctorū Patrum non traducitur ad posteros nisi si mediante seminè virili, quod ab Adamo mediante descedat. Ergo humanitas, quæ non potest suaptenatura procedere ab Adamo mediante semine virili, non potest naturaliter contrahere originale, sed necessariō esse debet immunis ex vi præsentis decreti, & supposita prædicta ordinatione diuina, quam Patres nobis declararunt. Minor probatur, quia quilibet numero humanitas suaptenatura individualiatur ab uno determinato viro, & vna determinata feminâ,

mīna, à quibus petit produci, ita vt naturaliter ab alijs generari nequeat. Vt enim in metaphysica cum S. Thoma, & meliori sententia Philosophorum dicebamus, quilibet effectus exposcit determinatum agens, nec ab alio naturaliter effici potest, quodvero effectus, est animal perfectum, quod ex eomistione maris & foeminae generatur, exposcit determinatum par, scilicet hunc numero marem, & hāc numero foemina: illa ergo humanitas numero Christi Domini vt pote animalis perfecti exigebat determinatam foeminam & determinatū virum, licet defacto voluerit Deus à sola foemina generari, supplete spiritu sancto concursu viri, sed ille vir non descendebat ab Adamo, ergo non poterat traducere ad humanitatem Christi Domini peccatum originale, etiam si Deus voluisset, quod non voluit, vt scilicet illa humanitas à viro & foemina gigneretur. Cōsequētia est euidentis, quia non habet semen virile quod ab Adamo descendere, & effectu veluti instrumentum illius ad traductionē culpe. Minor probatur, quia intra latitudinem speciei humanae videt Deus plura individua, quæ non possent descendere suapte natura ab Adamo, quia in sua individuatione exposcit generari ab homine, qui fuisse genitus ante Adamum, aut ab alijs, qui simul cū Adamo creari potuerunt, & essent diuersæ stipites, à quibus alia multitudo hominū propagaretur. Ergo valde credibile est, virum illum à quo suapte natura petebat generari humanitas Christi Dñi, fuisse vnum ex illis qui ad alias stipites pertinebant, id enim fuit facilissimum Deo, & ex eo redundant prædicta excellētia in illam sacram humanitatem, vt nimis naturaliter & necessario ex vi præsentis decreti foret immunis à culpa, etiā si secundum se consideretur, nec vlo modo contenta fuerit lege illa, quam Deus tulit quando cū Adamo & posteris eius pactum illud iniuit, de quo in disp. præcedente.

Ad primū ergo resp. negando minorē, quia illa humanitas nullo modo cōtinebatur in Adamo secundū seminalē rationē, vt explicatum est. Ad secundū cōfessio antecedēte resp. distinguendo cōsequētia, est enim illa humanitas capax culpe originalis in hoc sensu, quod potuit Deo ita pacisci cū Adamo vt ones posteri eius si essent puri homines, cōtrahebant culpā, quāvis solū cōtineretur in illo secundū corpulētā substātiā: ex hypothesi autē quod Deus descrevit culpā ori-

## D I S P . II . D E E S S E N T I A .

ginalem non traduci, nisi ab Adamo ad posteros, qui ab illis descendereat per semen virile: illa humanitas, quæ per semen virile non poterat suapte natura ab Adamo propagari, suapte natura erat immunis, in eo nimis sensu, quo foret immunis, si Adamus non peccasset, aut si in mundo nullum esset originale peccatum. Ad tertium resp. concedendo hanc immunitatem esse gratuitum beneficium, eo modo quo appellatur beneficium quodvis donum naturale, aut morale, quod Deus concedit: non autem in sensu omnino proprio, & rigoroso, quo gratuitum beneficium significat opus gratia supernaturalis, aut exemptionem ab aliqua lege, quæ alioqui humanitatem deberet obligare: re enim vera, ut illa humanitas non incurreret originale, non requirebatur infusio gratiæ, aut exemptio à lege, quam re ipsa Deus tulit Adamo, & posteris eius: sed satis foret eam non descendere ab Adamo per semen virile, sicut naturaliter non descenderunt probatum est.

### C A P . III .

**A n Christus Dominus ex absoluta potentia contrahere potuerit culpam originalem.**

**E**X dictis in capite præcedenti ad secundum argumentum, constat, potuisse humanitatem Christi Domini secundum se considerata, & à Verbo se in cunctam contrahere originale: Si vero sit sermo de illa, prout est Verbo unita, ac proinde de Christo Domino, verissimum sine dubio est, etiam ex absoluta potentia non potuisse contrahere originale. Sed de hoc nihil hoc loco speciale dicendum occurrit; quia in materia de Incarnatione tract. 10. disp. 2. auctoritate Patrum, & efficacitate ratione probatum est, nullum peccatum habituale existere potuisse in Christo Domino: peccatum autem originale est culpa habitualis. Solum addo verba sancti Anselmi lib. de conceptu Virgin. cap. 20. *De peccato quidem originali sufficienter ostenditur est, quomodo ad hominem de virginē conceptum nulla ratione descendere a parentibus potuit.*

### C A P .

## P E C C . E T I V S T . O R I G .

### C A P . I V .

**A n , & quomodo Christus Dominus passus fuerit pœnas peccato originali debitas . Vbi an habuerit iustitiam originalem?**

**I**PETRVS Canisius libro 1. de Deipara cap. 9. pag. 48. colum. 1. Armacanus, & Vincentius Castrenouo. quos refert Corduba lib. 1. Quæst. q. 46. in 2. opinione existimatur in Christo Domino, dum mortalem vitam in terris ageret, fuisse iustitiam originalem. Suaderique potest primò auctoritate sancti Anselmi, qui lib. de Conceptu virginali, cap. 20. loquens de Christo Domino. *Asua, inquit, origine iustitiam originalem habere dicendus est.* Nec responderi potest nomine iustitiae originalis, non significari a Sancto Patre iustitiam, quam in Adamo sic appellamus, sed solum gratiam, seu sanctitatem ab ipsa origine, seu Incarnationis momento acceptam. Nam in cap. 12. eiusdem libri: *Etia inquit, si purum hominem sic ficeret Deus, ut dictum est, scilicet, sine semine virili, necesse esse eum non minorem prædium iustitia, & beatitudine, quam fuit Adam, cum primum factus est.* Vbi plane fateretur eiusdem rationis fore iustitiam in Adamo, & in quoque homine concepto ex virgine. Sentit enim in eo fuisse originalem iustitiam.

Secundò suadetur, quia inter peccatum originale, & iustitiam originalem non est medium: sed Christus Dominus non habuit peccatum originale: ergo habuit iustitiam originalem. Minor, & consequentia patent: Maior probatur: quia peccatum originale est priuatum iustitiae originalis: ergo qui originale non habet, non potest habere priuationem iustitiae originalis. Confirmatur: quia qui non contraxit culpam: non potest iuste subire penam illi inflatam: sed priuatio iustitiae originalis, & aliæ huius vitæ pœnalis sunt pœna, quam Deus infixit peccato originali: Ergo Christus Dominus, qui non contraxit peccatum originale, non potuit iuste priuari iustitiam originali, & alias pœnalis fabire:

Dicendum tamen est, in Christo Domino, dum vitam mortalem ageret, non fuisse absolute, & quoad omnes suos effectus iustitiam originalem, licet fuerit quoad præcipios.

Vazquez Sic sentiunt Corduba supra, Vazquez 3. part. tomo. 2. disp<sup>o</sup> Corduba. pnt. 119. cap. 2. Et colligitur ex Suarez ibidem disp. 4. se<sup>d</sup>. Suarez: 6. Nec contradicere vllus potest, si recte perpendat, quid nomine iustitiae originalis significetur, de qua in disp. 1. cap. differimus. Etenim iustitia originalis comple<sup>t</sup>e batur primū habitum gratia san<sup>c</sup>tificantis, & virtutes ab ea dimanantes. Deinde supernaturale donum appetitui corporeo inh<sup>er</sup>ens, quo omnino subijciebatur rationi, & nihil autē eius conseruātus appetebat. Tertiū actus, quibus homo se ipsū subijciebat Deo. Denique immunitatem ab omni dolore, molestia, & morte; & quidem tria priora, quae pr<sup>ae</sup>cipua sunt in originali iustitia, habuit Christus Dominus, vt in materia de Incarnatione varijs in locis explicatum est.. Quartum verò certum est non habuisse, vt fides docet, & in eadem materia probatum est. Habuit ergo Christus Dominus iustitiam originalem quoad pr<sup>ae</sup>cipios effectus, sed non quoad omnem eius extensionem, ac proinde non absolutē, & simpliciter, quia, vt dici solet, bonum ex integra causa, malum verò ex quoconque defectu. Et sanē cum ab statu iustitiae originalis quām longissimè absit omnis dolor, molestia, aut mors, non potest absolutē dici in illa constitutus, qui rot molestias, & acerbissimā mortem perpessus est.

Dixi autem assertionem esse intelligendam de Christo Domino, vt erat in vita mortali, quia post gloriosam resurrectionem habuit summam iustitiae originalis perfectiōnem.

Ad primum respondeatur, adeo certum esse, quod in assertione nostra statutum est, vt non solum sanctus Anselmus tanta sanctitate, & sapientia prædius, sed nec alij Doctores relati initio capit is dissentire possent. Quis enim ignorat Christum Dominum mortem, & mortalitatis nostræ molestias subiisse, & eas non fore in homine, dum iustitiam originalem conferuerat? Itaque solum contendunt in Christo Domino fuisse originalem iustitiam quoad pr<sup>ae</sup>cipios effectus, vt explicuimus: & si homo purus absque semine virili produceretur, recte ait sanctus Anselmus decorandum fore iustitiam, scilicet quoad pr<sup>ae</sup>cipios effectus, quia decebat a Deo prodire decoratum gratia hominem, qui nulli peccato conciperetur obnoxius.

Ad

6 Ad secundum resp. negando maiorem, & ad probationē dicitur, originale esse priuationem iustitiae originalis, quā homo posset, & deberet habere, vnde licet Christus Dominus esset priuatus, seu, vt melius loquar, non haberet iustitiam originalem, non ideo infectus foret peccato originali, quia non tenebatur iustitiam originalem habere, immo debuit illam non habere quoad aliquem effectum, vt nimirū Deo satisfaceret pro nostris delictis.

7 Occasione confirmationis explicadū breuiter est, an & quomodo Christus Dominus passus sit penas peccato originali debitas. Et primum quidem certum est nullas penas subiisse tamquam debitas peccato originali, quod ad eius humanitatem traductū sit, cum id fuerit impossibile iuxta supra dicta. Deinde nihil perpessus est Christus Dominus, quia ab Adamo descendebat, quasi ob culpam in Adamo existente, esset aliquod ius puniedi Christum Domini filium secundum carnē, sicut solent reges pœnam aliquā infligere, filijs ob culpam parentum, qui regiam maiestatem lasserūt, Nam Christus Dominus non fuit in Adam secundum semi-nalem rationem, sicut filii solent in parentibus contineri, nec, excellētia Christi Domini, quierat Filius naturalis Dei etiam quatenus homo, & liber ab humanis iuribus, id patiebatur. Tertiū certum est aliquas peccati penas subiisse quæ tantum Dominum non decebant, quia ex Dei precepto satisfecit pro peccatis generis humani dolores, paupertatem, ignominiam, & mortem subeundo, quæ quidem & similes pœnae debebantur peccato originali, quatenus ratione illius in hunc mundum intrauerunt secundum Apololum ad Roman. 5.

8 Dubitabit tamen aliquis, an verē dici posset subiisse penas illas, quas Adamo Deus inflxit Gen. 3. Quia comedisti de Ligno, maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vita tua, spinas & tribulos germanabit tibi, & comedes herbam terræ. In sudore vntus tui rejceris pane, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuertaris.

9 Resp. aliquo modo aliquas eiusmodi penas subiisse, & si non fuerit illis subiectus propter peccatum, sed ex voluntate. Quod quidem patebit explicando breuiter prædictū locum Genesios. Maledicta terra in opere tuo, id est priuata benedi-

nedictione fertilitatis sp̄otiuæ, quam haberet in paradiſo, idque propter peccatum tuum. Hoc de Christo Domino dici non potest, vt fatis patet. In laboribus comedes ex ea cūlīs diebus vite tua, idest, cum labore, & moleſtia agriculturæ. Et nec istud propriè conuenit in Christum Dominum, quippe qui agricultura operam non nauauit. *Spinæ, & tribulos germinabit tibi: non, vt antea, paucas, & paucis in locis, sed copioſe ille germinabit terra tua moleſtia.* Hoc ex parte competit Christo Domino, quippe qui voluit ab spinis, & tribulis fibi moleſtiam inferri, dum iter pedibus ageret, & in Paſſione spinis ſacratiſſimum caput terebrari. Et comedes herbam terra, idest viliores herbas, quæ iumentis, & alijs bestijs pabulo eſſe ſolent. Veriſimile ſane eſt eiusmodi viles cibos aliquando Dominum deguafasse. In sudore etiam vultus co medit panem, & alios cibos. Denique verba illa, *Donec reuer taris, &c. mortem significant, vt Pererius, & Delrius ibi explicauerunt.* Et ſic dubium non eſt, quin eiusmodi pœnam ſubierit Christus Dominus. Quod si uiterius ſignificent rigorosè cenuerionem corporis in puluerem, ſeu ci nereum, ac proinde corruptionem, vt ſignificare credit D. Thomas 3. p. q. 51. art. 3. ad 1: certum eſt eam poenam non ſubiſſe iuxta illud psalmi: *Nondabis sanctum tuum videare corrup tionem.* De quo S. Doctor in p̄edicto articulo.

### Ad Articulum tertium, & ſolutionem tertij argu menti Quæſtioniſis vnicæ S. Thomæ, ſuper Dist. 4. libri primi Sententiarum.

*Disput. 3. & præcipua degratuita ac liberali B. Mariae immuni tate a peccato originali.*

### C A P V T I.

An B. Maria naturali, an potius ſupernaturali modo concepta fuerit ex vſu legitimi matri monij sanctorum Ioachimi, & Annae.

### S E C T I O I.

*Premittuntur ea, quæ certa omnino ſunt.*

F Acessat hinc imperitorum quorundam commētum, qui B. Mariam de Spiritu ſancto conceptam falſa quadā pie tate dixerunt: inde fortasse erroris occaſionem lumen tes, quod cum sancti Ioachimus, & Anna ſeorsim diuina reuelatione ab angelo accepifent, ſe felicissimam filiam habi turos, ad templum diuerſis vijs ſe contulerunt, vt Deo pro tanto beneficio gratias agerent, ibique ſibi mutuo ad portam auream occurrentes, & gratulantes ſolo caſto amplexu filiam genuerunt, Spiritu ſancto nimirum interius o perante, & vſus matrimonij efficacitatem ſupplente.

Hoc (inquam) dignitum quam longiſime abſit ab hac grauiſſima diſputatione, in qua veritatē magni momen ti propugnandam aggredimur diuinis auſpicij. Eſti enim diuinitus reuelata fit tantis virtutis tam ſancta & prolis concep tio, & ſi ad templum aucturi Deo gratias ſe contulerint, concep tio certe poſtea peracta eſt: dum matrimonio diuinitus inſtituto uferentur, ea ſanæ puritate, quæ cum eo vſu inter mortales poſt ſtatū innocentie compatibilis eſt. Authors, & Patres pro tam certa doctrina non eſt cur referamus, omnes enim ad vnum ſic feruerunt.

Sufficiat quod facra Scriptura ab angelo Gabriele dictū refert, & Ecclesia credit tanquam ſingulariſſimum concep tionis Christi Domini priuilegium. Math. 1. *Ioseph noli ti more accipere Mariam coniugem tuam, quod erimus ea natum,* id est concep tio, eſt, de Spiritu ſancto qđ. Et Luc. 1. *Spiritus sanctus ſuperde nit in te, & virtus altissimi obumbrabit ibi, ideoque quod naſceretur ex te ſauſum, vocabit filium Dei.* Et in ſymbolo Apoſtolorum; *Qui concep tio eſt de Spiritu ſancto.* Vnde eleganter S. Chrys tomus, quem S. Thomas refert in Catechiza Luce 1. *Decebat, in S. Chrysquit, communem omnium Dominum, & in natu ritate nobis ſum partici pare, & ab ea diſcrepare quod enim ex vtero naſceretur habuit com mune nobis ſum, quod autem abſque coniubio naſceretur, plus à nobis obtinuit.* Quam beatum corpori illud, quod ex exuberanter munditudin e Virginis Maria, vt videtur, donum anime ad ſe ipſum allexit. Henrīcus quodlibet 14. q. 13. verſ. Et dico ad quæſtioneſis; *Concep tio, inquit, Virginis non erat miraculosa, ſed purè naturalis virtute ſe minum maris & feminae.* Quæ verba etiſi dicta ſolum videantur ad ſignificandum id, quod tanquam ex fide certum ſtabili ſui.

## DISP. II. DE ESSENTIA.

hiuimus, scilicet B. Mariam non de Spiritu Sancto, sed ex vsu matrimonij fuisse conceptam; nihilominus falsum sensum reddere possunt, & ideo vitanda omnino sunt, & absolutè potius afferendum, conceptionem Virginis non fuisse purè naturalem, sed ex parte supernaturalem, & miraculosam. Traditione enim receptum est, parentes illius steriles fuisse; vt autem sterilis gignat, aut concipiat, necessarium est supernaturale Dei adiutorium, quod virtutis, & semi-nis imbecillitatem corroboret. Sic enim Angelus Gabriel

**Luca.** i. Luca 1. conceptionem sancti Ioannis ex Elisabetha sterili, refert Virgini, vt eo miraculo suadeat mirabiliori conceptionem Christi Domini. Vnde recte Suarez 3. p. tom. 2.

**Suarez.** Peram. disp. 2. seft. 5. concl. 2. & Peramatus in opusculo brenissimo, cuius titulus est, *Quid naturale, quidre miraculum fuerit in conceptione, qua Anna Virginem matrem concepit*, notant opus fuisse miraculosum, & supernaturale, quia ex iterili genita est. Et propterea, vt alias nunc sublimiores ratio-

**Sixt.** 4. **Damasc.** **Nyceph.** **Anselm.** **Canisius.** **Suarez.** **Peram.** **Sixtus Quartus in Extravagante.** *Cum præcepta eius, appellat miram Mariæ conceptionem. Et eleganter S. Damasc. oratio 1. de Nativitate B. Mariæ, paulo post initium; Quid est, inquit, quod Virgo mater ex sterili orta sit? quoniam scilicet oportebat, ut ad id, quod solum sub sole nouum erat, ac miraculorum omnium caput (scilicet Incarnationem) via per miracula ster neretur, ac panarium ab humilioribus ad sublimiora progressus fieret.*

*B. Mariam fuisse quasi fructum diuinitus datum ex membris senilibus. Ac denique Sanctus Anselmus, libr. de conceptu virginali cap. 16. agens de ijs, qui ex sterilibus nascuntur. Non est, inquit, nouum natura Ada, sicut est in filio virginis datum, sed quod suis causis firmatum erat, cognoscitur esse reparatum, scilicet virtute diuina supernaturali. Legendus est Canisius lib. 1. de Dei para cap. 14. vbi qua solet grauitate, & eruditione probat, licet Sacra Scriptura non testetur, qui nam fuerint B. Mariae parentes; ex Patribus tamen, & antiquissima traditione constare, eos fuisse sanctissimos, equè ac nobilissimos, Iochimani & Annam. Videatur etiam Suarez in sectione 1. supra relata.*

**SECTIO. II.**  
*An Conceptio B. Mariae acciderit octaua die Decembri: indeq; colligatur cum peculiari alia ratione fuisse supernaturalem.*

## PECC. ET IVST. ORIG.

40

**B**eatissimam Virginem conceptam fuisse 6. idus Decembris, seu quod id est, octaua huius mensis die, persuadet imprimis authoritas Ecclesie Latinae, quæ multis ab hinc annis in eo die celebrat festum Conceptionis; solet autem esse signum ea die accidisse, quod Ecclesia tunc celebrata instituerit: hoc enim argumento probatur, pleraque festa, quæ à fidelibus celebrantur, instituta fuisse ad recolendum mysterium, vel opus, quod eo die creditur fuisse peractum. Deinde id ipsum suadetur, quia diuinitus reuelatus est Helcino Abbat, vt in praedicto die conceptio celebraretur: quæ revelationem refert S. Anselm. Archiepisc. Cathuar. in epis. ad Coepiscopos suos, & cunctos orthodoxos, cui authoritate probabit non vulgare Baronius in Martyrologio octaua die Decembri, Breuiarii diecesis Hispal. editum Salmatica anno 1563. & Breuiarii Ecclesie Placentini editu Venetijs, anno 1554, in quibus habetur peculiare officiū conceptio, & refertur prædicta omnia, & revelatio, ex qua ortum habuit inter Latinos prædicta celebritas. Nec multum differt Ecclesia Graeca, in cuius Kalendario designatur conceptioni B. Mariæ dies 9. Decembri, & in Kalendario Alexandrinorum dies octaua.

Supradicta vero grauitas difficultas, quid nomine conceptio nis, quæ in octaua hac die Decembri celebramus, intelligendum est; an scilicet sit conceptio, quatenus significat sola seminis prolifici, & conuenientis comprehensione, seueretudo ne in vtero: an potius quatenus significat creationem anima rationalis, & infusione illius in corpus iam organizatum, & atten perat. De alia enim conceptione, quæ nonnulli appellant spiritu talē, seu sanctificatione virginis post contractum originale peccatum non loquimur in praesenti, sed tamquam certu supponimus, eā non esse, quæ ab Ecclesia celebratur, vt patet. c. 7.

Henric. & Peram. adducti sunt præcedente, necnō & Vincent. Bandel. in suo tract. de singulari prærogativa conceptionis Christi, p. 2. ad 10. ratione, existimat 8. die Decembri soli accidisse conceptionem B. virginis in priori sensu. Ide docet Vazq. to. 2. in 3. p. disp. 117. c. 9. fine. Quod quidem efficaciter probari posse videtur 1. quia nomine *conceptio*, id, & nihil aliud propriè significat, vt videre est in Peram. lib. de homi. preparati. c. 1. Cū enim iam corporiculu organizatum est, & creatur anima, non dicitur infans concipi, sed factus

animari anima rationali. Secundò suadetur, quia à die octaua Decembris ad octauam Septembris, in qua nata est B. Maria, numerantur nouem menses: si autē die octaua Decembris fuit creata anima rationalis, & infusa corpuculo, afferendum necessario erit elapsos fuisse octoginta dies ab eo, in quo concepta est, seu ab eo, in quo receptum est semen intra B. Annæ veterum, nam totidem consumantur in foetu formando, & præparando corpuculo feminine ad infusionem animæ rationalis, sicut quadraginta in præparando corpuculo viri, vt author est Aristot. lib. 7. de histor. animalium cap. 3. dicens, *Marem moueri in utero circa quadragesimum diem, feminam vero circa nonagesimum.* Ex quo tandem inferetur fuisse B. Mariam in utero matris sua vndecim menses, & insuper viginti dies, quod sanè est absurdum, cùm partus vndecimi, vel duodecimi menses sit præternaturalis, & B. Maria naturalis, & opportuno tempore nata sit.

Secunda sententia eſe potest, B. Maria conceptionem, qua in prædicta die accidit, fuisse creationem animæ rationalis, & infusionem in corpusculum, quod iam fuerat præparatum. Sic sensit Vdalricus apud Carthusian. in 3. d. 3. q. 11. *Sustinetur, inquit, ab Ecclesia, quod aliqui celebrant conceptionem B. Virginis, non referendo hoc ad conceptionem seminum, sed naturam, quod fuit in anima infusione.* Probatur non minus efficaci argumento; quia tunc fuit B. Maria insignita gratia, cum qua est incompatibile peccatum originale, sicut & quodcunque aliud mortale: sed ante creationem animæ rationalis non erat B. Maria capax gratiæ, sicut nec peccati. Ergo tunc, id est, in octaua die Decembris creata fuit anima rationalis, & in sacrum eius corpus infusa. Minor, & consequentia patent, maior probatur ex communi consensu fiduum omnium, qui celebant conceptionem: non enim celebratur aliud, quam vera sanctitas, & vera immunitas à culpa. Ergo ipso, quod ea celebretur octaua die Decembris, sentiunt Ecclesiam credere, ea die præditam fuisse Virginem hanc sanctitatem.

Confirmatur, quia in epistola S. Anselmi, propt̄ referunt in Breuiario Hispalensi supra relato, Pontifex ille, qui apparuit Helsino, & sua reuelationehortatus est ad celebrandum festum conceptionis octaua die Decembris: *Promitte, inquit, multi & Dco, quid diem conceptionis & creationis*

Matris

*matris Christi solemniter celebrabis, & celebrandum prædicabis.* Dies autem creationis est ille; in quo creatur anima rationalis, nam catere formæ non creatur. Ergo octaua die Decembris creata est anima B. Mariæ, & corpori infusa.

Mihi in re obscura, & vix agitata verisimile videtur id, quod aliorum iudicio libenter subijcam, scilicet in die octaua Decembris vtrumque accidisse, nimirum conceptionem rigorosè acceptam; vt contendunt prioris sententia Doctores, & creationem animæ simul cum infusione illius in corpus, ut posterior sententia persuadere conatur. Quod sanè haud obscurè colligitur ex ipsa reuelatione Helsino facta, qua fuit occasio huius celebritatis: *Promitte, inquit, quod diem conceptionis & creationis celebrabis.* Vbi vtrumq; coniungitur: nec enim credendum improposita fuisse verba reuelationis, aut superflue additum nomen creationis nomini conceptionis. Et cùm inter fideles non constet, duo hæc diversis diebus accidisse, immo nunquam ab illis mentio fiat de conceptione, & animatione, tanquam de operibus in diversis diebus in lucem editis, probabile profecto videtur, vtrumq; eidem diei adscribere, si absque incommodo adscribi possit. Nullum autem inde incommodum, sed potius commoda pronenire in sequentibus explicare, & comprobare conabimur.

Et quidē Christum Dominum ita fuisse conceptū, vt non solum intra eandem diē, sed etiam in eodē omnino temporis puncto sacramentum eius corpus virtute Spiritus Sancti conceptu, & formatu sit, atq; anima rationalis creata, & in corpus infusa, ita certum est, ut citra errorem in fide negari non valeat. De quo legēdi sunt S. Damas. lib. 3. fid. 1. cap. 2. S. Thos. 3. p. q. 33. art. 1. et Suarez to. 2. in 3. p. disp. 11. fe. 2 Suarez. Quod quidem tanquam singularis excellentia humanitatis Christi Domini notatur a Patribus, quippe qui fuit conceptus virtute Spiritus Sancti, cuius gratia nescit tarda molimina: ac proinde successivā morā in corpore illius fornando non traxit. Ex quo consequēter fit, B. Mariam nō fuisse hoc modo conceptā, cùm nō fuerit virtute Spiritus Sancti, sed ex cōmissione seminum maris, & feminæ, quorū virtus, ut potè limitata, non potuit, nisi successivē aptare corpus Mariæ, & ad infusionem enīm rationalis proximè disponere. Vnde eleganter, & maxime ad tē nostrā S. Damas.

F orat.

Damasc.  
S.Thom.  
Suarez.

Damasc. orat. 1. de Natiuit. Beat. Mariae. *O praeclarum, inquit, Annae vulnus, in qua tacitis incrementis (ecce successionē) ex ea auctus atque formatus fuit fetus sanctissimus.*

Ilud ergo solūm in assertione nostra verissime putamus, nimirū semina horum sanctissimorum parentum, in utero Beat. Annae comprehensa, atque retenta in prima luce oculau diei Decembri, ita fuisse diuinitus reborata, & supernaturali Dei concursu peculiariter adiuta, vt intra eandem diem successuē quidem, sed celerrimè sacramū illud corpusculum præparauerint, & organizauerint, quo sic animam rationalem à Deo tunc creatam accepit. Redditur autem hoc verissimum in primis, quia cedit in honorem Matris Dei, de qua nihil excellens temere præsumitur, quandiu sufficieret non confutatur. Vnde Nicolaus Monachus S. Albani, & sancto Bernardo à secretis in Epistola qua est 9. inter Epistolas Petri Cellensis lib. 9. non

Nicolaus longè à fine; Multa, inquit, præsumuntur de Virgine, qua nunquam Monach. leguntur, & præsumptionibus standum est, donec probetur contrarium.

Deinde quia Beat. Maria tot tantisque excellentijs, ac 13. prærogatiis creditur à Deo decorata, vt hęc, quam addimus, exigua sit comparatione illarum, & digna, quæ cadat in Virginem tam excellam. Vnde Methodius in orat. de Purificat, quam refert Suarez supra disputat. 1. sect. 2. Deus, inquit, omnem matrem gratiam, & honorem impedit. Et Hieronymus relatus in officio Conceptionis, quod ex concessione Pij 5. recitant Fratres ordinis Sant. Francisci. Quicquid, inquit, in Maria gestum est, totum gratia fuit. Nec minus ad rem Ioannes Aragoniæ rex in illo suo undecimo priuilegio pro Conceptione, quod certe à doctis Theologis scriptum est; Defuit, inquit, tam excellentissima Virgini in conceptu almissici sui corporis aliiquid graiae? Confirmatur idem auctoritate Sant. Anselmi in Sermonе ipsius, quem refert Leonardi Nogarolius in suo officio Conceptionis immaculatae approbatu à Pontifice Sixto 4. in lectione oītā, vltima Diei. Illud, inquit, Sanct. Anselmus, coniunctione apud me, Natiuitatem Mariæ magna qua, dā, atque admiranda diuinorum signorum iudicata prætrurisse. Et in lection. 7. Siquid, inquit, tenuitas sensus mei capere poterit de ipsa Maria, quod dignitati illius existimet non aduersari, in medium proferre libert. Nemini igitur parum

S. Ansel. verisimilem videtur, si Conceptionem huius præclaræ Virginis in eo sensu mirabilem afferamus, quod celerrimi, atque adeo intra eadēm diem naturalem formatum, & organizatum sit corpus eius, supplente, & accelerante diuino concursu moras octoginta dierum, qui informans corpusculis aliarum fœminarum consumi solent.

¶ 14 Præterea probatur idem, quia Beat. Virgo ab exordio suę Conceptionis pauculum preparabatur à Deo ad sublimem dignitatem matris Dei: Ergo sicut propter ea Concepta fuit sine peccato, & plena gratia, quamvis ad id fuerit necessarium singulare privilegium præseruationis, & insuper habuit in primo instanti vsum rationis, vt infra patet, quod sine ingenti miraculo accidere non potuit: ita certe videri debet verissimile, corpus illius formatum fuisse celerrimè, quamvis sine miraculo fieri non posset. Probatur consequentia, quia sicut Conceptio sine peccato, plenitudo gratia, & acceleratio vsum rationis Virginem reddebat similiorem Filio Dei, cuius mater futura erat; ita & accelerata corporis formatio. Ergo sicut illa tria concessa sunt Virgini in eius Conceptione, ita & hoc quartum concessum fuisse verissimile est. Sapienter sanè, & ad rem propositam Sanct. Damascenus orat. prim. de Natiuit. Mariæ paulo post initium, enumerans singularia prodigia, quæ in exordio vite huius sanctissimæ Virginis accidérunt. O, inquit, miraculorum miracula, & rerum admirandarum Damasc. res maxime admirande; Siquidem par erat, vt ad Dei incarnationem omni sermonis facilitate superiorem, iter per miracula muniretur.

Ad extreūm probatur idem: quia congruentissimum, & quodammodo necessarium fuit, diuinam virtutem peculiarari concursu assistere formationi corporis Beat. Mariae: nam cum filius eius Christus Dominus futurus esset illi simillimus in forma naturali, ipse autem fuerit omnium hominum pulcherrimus, virgo quoque debuit esse singularis pulchritudinis, vt in capite sequenti vberius declarabitur. Hanc autem pulchritudinem tribuere non posset semel ab sterilibus decisum sine peculiarari Dei iuvanuine, nō solū quale reperitur in alijs Conceptionibus sterilium, sed insuper quale sufficeret ad formanda membra, & attingerādas qualitates, ex quibus resultaret eximia pulchritudo corporis omni-

omnino perfecti. Adfuit ergo Deus supernaturali concursu ad praedictum finem. Sed formatio corporis Christi Domini fuit instantanea propter agentis vim infinitam scilicet Spiritus Sancti, a quo corpus Christi formatum est, ut argumentatur S. Thom. 3.p.q.33. art.1. corp. Ergo formatio corporis Virginis, licet fuerit successiva, fuit celerrima, quia infinita Dei virtus peculiari concursu adstitit formationi.

Declaratur, & roboretur amplius iste discursus: etenim ordo ipse naturae exigit, ut fetus eximia pulchritudinis, atque perfectissime temperatus gignatur a parentibus mediante virtute aliqua vigorosa, & magna perfectionis. Sed semel sanctorum Joachimi, & Anne senile, & sterile non poterat esse tanti vigoris, & perfectionis, ut sine peculiari, ac supernaturali concursu Dei gigneretur filia omnium pulcherrima, & in quadam perfectissima tēperie. Ergo necessarius fuit supernaturalis Dei concursus. Ergo virtute illius ita roboretur mēst semen, ut celerrimè virginem corpus formaret. Probatur ultima consequentia, quia formatio corporis Christi Domini fuit in instanti, quia virtus infinita Dei suplavit semen virile. Ergo formatio Virginis fuit celerrima, quia virtus diuinæ roboretur maxime semen sterilium. Secundum probatur, quia opera mirabilia, quæ supra ordinem naturæ operatus est Deus. utendo simul virtute naturalium causarum, multò celerrius sine dubio fecit, quam si a sola causa naturali processissent. Ergo idem erit in re proposita.

## SECTIO. III.

Respondetur ad argumenta prima, & secunda sententia, quatenus dicitur obstat possunt.

**A**d primum prima respōd. in hac die accidisse conceptionem, quia propriétalis est, non tamē solam, sed etiā creationē animę rationalis, & infusionē in corpus, que licet non sit ita propriétatis conceptio, ad conceptionem tamē revocatur: & Ecclesia nomen conceptionis ad hanc etiam creationem, & infusionem extendit.

Ad secundum constat ex dictis, illos octoginta dies non praecessisse virginis animationem, quod licet mirabile sit, concedi debet propter dicta.

Sed

**16.** Sed vrgebis: fœtum esse intra uterum nouem mensibus à die conceptionis, & non à die animationis; si autem ea die 16. concepta est, & animata Virgo, sequitur fuisse nouem mensibus à die animationis, totidem enim computantur ab octaua Decembbris, ad octauam Septemboris, in qua nativitas eius accedit.

Per amatus hoc argumento probat animationem Virginis non accidisse octaua die Decembbris. Sed non aduertit doctissimus medicus, similem obiectiōnem afferri posse contra conceptionem Christi Domini, qui sine dubio animam habuit in ipsomet instanti suę rigorosę conceptionis, vt in fact. præcedenti dictum est: accepit ergo ab initio corpus cum ea organizatione, & attēperatione, quam spatio quadraginta dierum efficit fœmen in utero materno, & tamen ab eo die, qui fuit 25. Martij ad 25. Decembbris, in quo natus est, numerantur nouem menses integri, qui simul cum illis quadraginta diebus efficerent decem menses cum decem diebus. Similiter ergo probatur, aut Christi Domini formationē, & animationē non accidisse simul, quod est erro neum; aut nativitatē illius non fuisse tempore debito, scilicet post nouem menses elapsos à die rigorosę conceptionis.

Et quidem Per amatus ipse opusculum edidit, cuius titulus est: *Quid naturale, quidve miraculatum in conceptione, & partu Domini nostri Iesu Christi interfuerit.* Et in §: *Sed dubium est, obijcit proximè à nobis adductum argumentum contra certissimam veritatem, quam ibidem etiam docet, scilicet Christum Dominum in eodem sua conceptionis punto habuisse animam rationalem, & nihilominus fuisse in utero Virginis nouem mensibus, scilicet à 25. Martij ad 25. Decembbris: Conaturque duobus modis respondere; fed omisso posteriori, qui mihi non probatur, eligo priorē, quia est S. Thom. 3.p.q.33. a 2. ad 2. Magistri in 3. dist. 3. cap. ultimo, & sanctus Bonavent. ibidem à 2. q.2. ad 1. sci licet, corpus Christi Domini in primo instanti conceptionis fuisse, organizatum, & præparatum ad infusionem animę rationalis, sed magnitudine illius fuisse ita exigua, foret tamē minor, quam si virtute causarum naturalium formaretur: unde mirum non est, si ab illo die, qui fuit 25. Martij numerarentur nouem menses pleni, & inchoaretur diecimatis, sicque nativitas eius acciderit 25. Decembbris secundum*

S. Thom.  
S. Bonav.  
Magist.

*ePræm.* cursum naturalem: Partus enim decimi mensis est maximæ naturalis, idem Peramatus libr. de hominis procreatione. *Ioā. de Ti* cap. 9. & Ioannes de Pineda eruditè admodum lib. 1. de rebus Salomonis, cap. 10. obseruauerunt.

Non, inquam, mirum est, tot mensibus naturaliter ges-  
tatum fuisse in utero Virginis Christum Dominum, quia  
omnes illi fuerunt necessarij, ut à die animationis perueni-  
ret ad eandem magnitudinem, quám aliqui sacratissi-  
mum corpus eius haberet, si virtute seminis virilis con-  
ceptum fuisset, & successiuē præparatum ad infusionem a-  
nimæ rationalis. Itaque si corpus illud non fuisset forma-  
tum virtute Spiritus Sancti, sed more aliorum hominum,  
insumpti fuissent quadraginta dies in eius attemperatio-  
ne, & organizatione ante infusionem animæ rationalis:  
sed quando post id temporis elapsi infunderetur anima, per  
venisset corpus illud ad tantam magnitudinem: at post sep-  
tem menses cum viginti diebus, qui simul cum illis qua-  
draginta complevit nouem menses, naturaliter postula-  
ret egredi maternum uterum, in quo non ita naturali-  
ter gestatur fœtus post nouem menses, & principium de-  
cimi.

At verò quoniam Spiritus Sanctus prædictum corpus for-  
mavit, elegit in utero virginem ex purissimis Mariæ san-  
guinibus minorem, sed tamen sufficientem magnitudi-  
nem, eamque preparauit ad animam: ita ut ab eo punto  
necessarij essent nouem menses, & inchoatio decimi, ut cor-  
pus illud attingeret eandem magnitudinem, aut certè non  
notabiliter maiorem, quám aliqui attigisset in totidem  
mensibus, si ex virili semine conciperetur. Et ideo in eodē  
tempore, scilicet inchoato decimo mense Christus Domi-  
nus natus est iuxta leges, & tempus partus maximè natura-  
lis. Hæc ergo solutio, quæ verissima est, aplicari facillime  
potest conceptioni Beatæ Mariæ, quæ licet non fuerit virtu-  
te Spiritus Sancti, id est, fine semine virili, fuit tamen ad-  
iuta speciali, ac supernaturali concurso Dei, qui assistens  
purissimæ Anna, & Joachimi seminibus, fecit, ut ab illis  
citissime præpararetur corpus Beatæ Virginis ad infusio-  
nem animæ rationalis: sed in magnitudine tam exigua & ut  
post elapsos octaginta dies non excederet saltem notabili-  
ter ea quantitaté, quám aliqui attigisset, si octaua die Dè-

cembris concepta fuisse, & post octoginta dies infusa ani-  
ma rationalis. Quare sicut naturalissimo tempore nata fuiss-  
et B. Virgo Maria octaua die Septembribus, si in octaua Decem-  
bris concepta fuisset, & post octoginta dies creata ani-  
ma rationalis, ita dicendum est, eodē die naturalem fuisse  
natuitatem eius, licet octaua die Decembris concepta fue-  
rit, & materia sufficienter preparata ad infusionem animæ  
rationalis. Accidit ergo partus iste, postquam in utero san-  
cta Annæ gestata est Virgo gloriofa tantum temporis, quan-  
tum ipa postea getauit filium suum, ac Dominum nostrum  
Iesum Christum: tot enim menses numerantur ab octaua  
Decembris ad octauam Septembribus, quot à 25. Martij ad  
25. Decembris, ut in hoc etiam non desideretur similitu-  
do maxima inter tantam matrem, & tantum filium.

Ad argumenta secunda sententia respondet, verè cele-  
brari ab Ecclesia in octaua die Decembris immunitatem  
Beatæ Mariæ ab originali, quæ tunc accedit, & consequen-  
ter eadem die creatam fuisse, & corpori infusam animam  
rationalem. Ad confirmationem similiter concedendum  
est, quod auctoritate illius Epistolæ contenditur, scilicet  
vtrumq; accidisse eadem die, conceptionem nimirum pro-  
priam, & creationem animæ rationalis. Vnde reuelatio  
veritatem continuit: iussum enim est celebrari immunita-  
tem à peccato originali, quia illa accedit octaua die Decem-  
bris, in qua & conceptio rigorosa, & animatio accidenterent.

## CAP. II.

De naturali pulchritudine corporis, & animæ  
collata Beatæ Mariæ in sua conceptione: vbi  
an caro eius ante animationem habuerit ali-  
quam sanctitatem.

## SECTIO. I.

Statuitur extima corporis Beatæ Mariæ pulchritudo.

IVR E optimo censem nobiles authores, extimam suffi-  
scere pulchritudinem corporis B. Mariæ: ita ut post Christi  
Dominum nullus homo, nulla foemina fuerit, aut fu-  
tura sit formæ eleganteris, aut aquæ præstantis. Sic Albertus Magnus.  
Magnus in opere de laudibus Virginis, rem tractans ex  
Albert.

*Albert.* professo fol. 134. *Beatisima*, inquit, *Virgo speciosissima*, & *pul-*  
*Magnus.* *cherrima fuit inter filias hominum*, & *habuit summum*, & *perfectissi-*  
*mum gradum in pulchritudine*, qui potuit esse in mortali corpore secun-  
*S. Anto.* *dum statum via operante natura*. *S. Antoninus* 4.p.summae Theo-  
*nin.* *logicae* ca. 11. §. 2. *Albertum referens*, & *secutus Suarez* 3.p.  
*Suarez.* to.2. disp. 2. sect. 2. *Barradas* to. 1. *concordia lib. 6. cap. 19.*  
*Barrad.* *Bustus in suo Mariali p. 2. principaliter ferm. 4. Viegas in Cap.*  
*Bustus.* 12. Apoc. cōm. 2. sect. 3. *Keliquis*, inquit, *omnibus feminis for-*  
*Viegas.* *ma elegancia excelluit*, Et addit esse communem doctorum  
 sententiam.

Probarur primò authoritate sacrę Scripturę, & Patrum, 2  
 in Cantić. lib. agi de B. Virgine Maria saltem in aliquo  
 sensu, magnorum interpretum, eaque verissima sententia  
 est: imò nonnulla ibi scripta leguntur, qua plenū omnino  
 sensu non reddunt, nisi B. Maria tribuantur. Vnum autē  
 horum est, Pulchritudo cælestis sponsę semel, & iterum cō-  
 mendata Cant. 1. *Si ignoras te ô pulcherrima inter mulieres.* ca. 4.

*Cant. 4.* *Tota Pulchra es amica mea*, & cap. 5. *Quo abiit dilectus tuus ô pul-*  
*& 5.* *cherrima mulierum?* Cum ergo de nulla alia sponsa tam eximia  
 pulchritudo prædicetur, credendum sanè est, in Beatā Vir-  
 ginē hęc verba aptissimè conuenire, eo quod omnibus om-  
 nino foemini, non solum anima quod certum est, sed cor-  
 poris etiam pulchritudine antecellat. Et ideo sic tota pul-  
 chra, quia nihil pulchritudinis in foemina desiderari po-

*Gregor.* test, quod in Maria non splendeat. Vnde S. Gregor. Nazianzenus in dialogo, *Christus patiens. O.* inquit, *Virgo, forma que-*  
*Naz.* *Damasc.* *nitor cæteras præcis.* Et elegantissimè S. Damasc., orat. 1. de  
*Natū.* *Marię* eam appellauit *Humanæ naturæ renusatam.* Deni  
*Alanus.* que Alanus apud. Deltrium Cant. 4. ait: *Mariam dici totam*  
*pulchram*, *quia & anima, & corpore pulchritudinem habet.* Et propterea in sacra Scriptura maximè commendatur cor-  
 pore pulchritudo Esther, Iudith, & Rebeccæ, quia B. Vir-  
 гинем adumbrabant.

Secundò probatur ratione. Christus Dominus fuit om-  
 nium hominam pulcherrimus: Ergo beata Maria post ipsū  
 maximè pulchra fuit. Antecedens declarauimus, & proba-  
 uimus in mat. de Incarnat. tract. 10. disp. ostendentes in hac  
 specie hominum nullum fuisse, vel futurum esse aequè pul-  
 chru, & insuper nullum generari posse pulchriorem. Con-  
 sequentia vero probatur, tum quia inter talem filium, &  
 talem

talem matrem debuit esse maxima similitudo: tum etiam  
 quia in donis supernaturalibus fuit Beata María Maxime si-  
 milis: Ergo & in donis naturalibus: tum denique, quia cor-  
 pus Christi D. formatum fuit ex purissimis Mariae sanguini  
 bus: Ergo in ipso fuit illud temperamentum, quod erat in  
 Virgine: Ergo cum in Christo Domino fuerit perfectissi-  
 ma temperties, debuit etiam in Virgine reperiri perfectissi-  
 ma: sed ex temperamento resultat pulchritudo saltē quoad  
 partem non exiguum: Ergo in B. Maria fuit summa pulchri-  
 tudo post eam, quam Christus D. habuit.

4 Dices; Licet concedatur, pulchritudinem Virginis fui-  
 se eximiam, non inde inferri suisse excellentiorem pulchri-  
 tudine omnium foeminarum, & virorum post Christum Do-  
 minum: nam temperamentū Virginis fuit minus perfec-  
 tum, quād temperamentum Christi Domini: Ergo ab isto  
 excedebatur: excessus autem iste non potuit consistere in  
 indubibili, cūm qualitates, in quibus reperitur sint diui-  
 nibiles: Ergo excedebatur diuisibiliter. Ergo inter tem-  
 peramentum Christi Domini, & temperamentū Virginis pos-  
 sibile est aliud, quod magis accedat ad temperamentum Chri-  
 sti Domini. Ergo illud debebitur alteri corpori humano,  
 quod magis perfectum & pulchrum sit, quād corpus Virgi-  
 nis. Ergo falsum est, hoc suisse pulcherrimum omnium post  
 corpus filij eius.

5 Resp. primò. Licet fortasse eiusmodi corpus fore possi-  
 bile, non inde inferri, productum esse, aut producendum  
 fore. Quare saltem antecellet pulchritudinem omnium, qui  
 fuerint, & erunt. Secundò addo, miliū videri valde verisimilē nullam foemina generari posse, in hac specie humana  
 pulchriorem Virgine María, sicut nullus vir generari po-  
 test Christo Domino speciosior, ut loco citato ostensum est.  
 Et inde sumitur ratio, quia id explicetur, & persuadeatur.  
 Etenim formatio corporis foeminei, et temperties qualita-  
 tum valde differunt à formatione, et tempertie corporis vi-  
 rili, quanvis intra eandem speciem, Ergo sicut summa pul-  
 chritudo corporis Christi Domini probata est loco citato,  
 eo quod species humana exigat determinatam quandam  
 formationē membrorum, et tempertie qualitatū in viro, ita ut  
 nulla alia sit eque bona naturę humānę, et hæc fuerit in Chri-  
 sto Dño: ita dicēdū est, summa fuisse pulchritudinē Marię,

### DISP. III. DE ESSENTIA.

quia illi collata est ea formatio, & temperies, quæ fœmineo corpori est maximè proportionata. Vnde licet possibile sit aliud téperamentū in se perfecti, & magis accedēs ad téperamentū Christi Dñi, ut contendit obiectio, illud tamē nō esset corpori fœmineo accōmodatū, nec proinde gigneret maiore pulchritudinē fœmineā, quæ debet esse aliquāto diuersa apulchritudine virili. Nos autem solūm cōtēdimus, corpus B. Mariæ ita pulchriū fuisse, ut intra hāc speciē humana nec fuerit, nec futurū sit, imo nec esse posuit aliud magis pulchritudine, quæ fæminam decet.

Tertiō probatur: Quia eōtus virginis fuit formatū speciali, & supernaturali cōcurrū Dei. Ergo pulchritudo eius antecellit pulchritudini cuiuscunq; alterius fœmine. Antecedēs patet ex cap. præcedēti. Consequētia probatur, quia quæ mirabili Dei cōcurso efficiūtur, sunt perfectiora illis, quæ sūnt solo generali cōcurso. Recta enim ratio postulat, ut ibi Deus manū admouet cura peculiari, ibi quidq; excellenties cōspiciatur: sed nullius fœminī conceptio rā supernaturali, & mirabili cōcurso Dei peracta est, quā cōceptio B. virginis: Ergo pulchritudo ilius cæteris antecellit. Minor probatur sufficiēter ex dictis c. præcedēti. Et quāuis formatio Eu. fuerit mirabilis, nō propter ea eleutera vis ar gumētationis nostræ: tū quia ea formatio nō fuit cōceptio sum maxime, quia omnino oportebat maiori elegātia, & artificio formari à Deo matrē eius, quām ancillā, & principiū nostræ lætitiae, quām initium nostri doloris.

Ex diictis inferri potest, anima B. Mariæ, quod ad naturālē perfectionē attinet, fuisse præstantissimā omniū, quæ corpori fœmineo iufundi possunt iuxta eius natūram. Nam ut cū S. Tho. & alijs dicit, lib. vltim. de anima disp. i. probatum est, Animæ sunt intra eandē speciē inēquales iuxta inā qualitatē formationis, & téperamentū corporum, à quibus indiuiduantur, seu in quæ infunduntur: cū ergo corp. B. Mariæ fuerit inter omnia corpora fœminea optimè formatum, & attemporatum, anima quoq; fuit perfētissima, & consequenter intellectus, voluntas, & aliq; naturales facultates ab anima profuentes.

Sed obiectet aliquis, pulchritudinem in gradu ita præcellēti non decaisse Virginē. Primō quia Prou. 30. dicitur, *Fallax gratia, & vana est pulchritudo. nihil autem vanum caderet*

### PECC. ET IVST. ORIG.

46

re debuit in Virginem omni bono plenam: Secundō, quia eximia pulchritudo solet esse incentiuū lascivi amoris, Propter speciē enim mulieris multi perierunt. Ecclesi. 9. imo et ipsius. Eccl. 9. fœminæ pudicitia lgdere solet. Vnde est illud Poetæ:

*O quam te fieri Catulla, vellem*

*Formosam minus, aut magis pudicam.*

Mart. 8.

li. Ep. 53

Tertiō, quia excellēs pulchritudo requirit corpus nimisi delicatū, ac proinde subiectū inclementijs téporum, & agritudinibus, quas tamen B. Maria passa non est: Resp. ad primā obiectiōis partem, pulchritudinē corpoream, si sola cōsideretur, quid piā vanum esse, seu exigui momenti: at si accipiat ut donū Dei, & cōducens ad fines diuinæ gloriae, dignā esse estimatione, sicut & alia bona etiam exigui momenti, quæ Deus contulit creaturis suis. Ad secundā Respōdet S. Ambros. li. de Institutione Virginis ca. 7. eam gratiā diuinitus fuisse concessam B. Mariæ, vt non solūm in se Virginēm florē in suo semper virore, & fragrantia mirabiliter consernaret, sed etiam aspectū suo alliceret alios ad Virginalem pudicitiam, & angelicam castitatem: id quod etiā obseruarunt S. Tho. S. Bonav. Gab. Gerson, Maior, Carthusian. & Titelman. quos referunt Lorinus in Psal. 44. versu 3. & Viegas infra referendus. Ad tertium resp. Corpus B. Mariæ fuisse optimi téperamenti: ex hoc autem non provenire fœmina esse delicatā id est nimis mollietie, & imbecilitatis, ex qua morbi oriri solent: prædicta ergo erat viribus ad perforandos labores. In eo autem sensu dici potest fuisse maximē delicata, quo dicitur id ipsum de Christo Dominō, quatenus seilicet propter téperamenti perfectionē, et sensuū viuacitatē, multō melius, et citius, quām alij percipiebat quācumq; externā intēperiem, quācumq; dolorem.

### S. E C T. I O. II.

#### Descriptio Beatae Mariae, & corporis splendor planè singularis.

10 A libertus Mag. loco supra relato latē expōdit, quodnam Albertus fuerit téperamentum corporis B. Mariæ, et quis collocat illius: nobis sufficiat descriptionem referre eisdē verbis, quibus à Nicephoro antiquissimo et grauiissimo historiographo posteritati tradita est: Iuuabit enim nō parvum ad pulchritudinem eius commendandam. In libro 2. hist. totia ca. 23. S. Epiphanius secutus, sic B. Mariam describit.

Erat

Erat in omnibus honesta, & grauis, paucis admodum, eaque nec fari loquens: ad audiendum facilis, & perquam affabilis, honorem suum, & veneracionem omnibus exhibens. Statura mediocri, quamvis fuit qui eam aliquantulum mediocrem longitudinem exceperit dicant. Decentis dignitatis libertate aduersus omnes homines visa est, sine risu, sine perturbatione, & sine iracundia maximè. Colore fuit tritium referente, capillo flano, oculis aceribus, subflavas, & tanquam olea colorre pupillas in eis habens. Supercilia ei erant inflexa, & decenter nigra, natus longior, labia florida, & verborum suavitatem plena: Facies non rotunda, & acuta sed aliquantulo longior, manus simul & digitus longiores. Erat denique fatus omnis expers, simplex, minimeque rutilum ficens: nihil molitici secum trahens, sed humilitatem præcellentem colens, vestimentis, qua ipsa gestauit, coloris nativi cōtentia fuit, id quod etiam nunc S. capitulæ eius velamen ostendit. Et ut paucis dicam, in rebus eius omnibus multa diuinitas inerat gratia. Hactenus Nycephorus.

Dionys. Diorysius Carthusianus lib. i. de laudibus Virginis cap.

12

Carthu. 36. quem refert, & sequitur Viegas in cap. 12. Apocal. com. 2. secl. 3. quidpiam aliud addit eximia virginis pulchritudini. Putat nimurum, internam sanctitatem, & puritatem in eius facie visibiliter radiasse: tantumque fuisse hinc splendorem, vt à Deo diuinus temperatus fuerit, quod posset cum hominibus conuersari. Barradas verò tom. i. concordie lib. 6. cap. 19. cum hanc eandem doctrinam retulisset, & magnis Doctribus tribui commemoraasset, addit eam ei se quandam piam meditationem.

Mibi certè in hac re duo distingueda videntur. Vnum 31 est: an Beata virgo illustrata fuerit à Deo externo quodam, & planè corporeo splendore, qui in illius saltē facie radiaret, vt ille, tanta regis conciliaret authoritatem, & hominibus, qui ea luce fruifuerentur, signum esset internæ sanctitatis, qua in matre Dei delitescebat. Alterum est: an ex ipsa perfectissima humorum temperie, & ex interna sensu sua viuacitate, atque ex spiritu continuo ardore, natura li quadam consecutione in externam Virginis faciem reflectaret aliquis splendor, aut irradiatio.

Et quidem in priori sensu sententia Dionysij Carthusiani, non pia meditatio solū, sed verissima doctrina videtur, præstissimis cœlestem illum splendorem non cōtinuo, sed frequenter in Virgine emicuisse dicamus. Probatur pri-

mō authoritate S. Hieronymi, qui semel, & iterum asse sit, in Christo Domino eiusmodi splendorem. Nam in caput. 9 Mathæi. Certè, inquit, fulgor ipse, & maiestas divinitatis occulte, quæ etiam in humana Saluatoris facie reuelabat, ex primo ad se videlicet trahere poterat aspectu. Et to. 3, in epist. ad Principiam declarans illud Psal. 44. Speciosus forma præ filij hominum. Nisi habuisset, inquit, & in vultu quiddam synderem, nunquam eum statim sequitū fuisse Apostoli: nec ad comprehendendum cum venerant, corruiſſent. Cum ergo B. Virgo fuerit Christo Domino quām simillima, credendum omnino est, similem aliquē fulgore in vultu habuisse.

Exo. 34.3 Secundò probatur exemplis, quæ in Sacra Scriptura cōmemorantur. Moyſes enim, vt habetur Exodi 3.4. splendidissimam faciem gerebat, eo quod cum Domino familiariter colloquutus fuisset. Multo autem intimius cum Deo, ac filio suo Virgo colloquuta est. Cur ergo negatur illi similis splendor? Et aëtorum 6. dum de B. Stephano cum iudeis differente tractatur. Intuentes, inquit Lucas, cum omnes, qui Act. 6. sedebant in Concilio, viderunt faciem eius tanquam faciem Angeli, id est, splendore diuinitatis collustratam, vt explicant S. Chrys. S. August. Tertull. Hugo. P. Damianus, & omnes glossæ apud Lorinum, qui in illud caput Aëtorum, ver. 15. id ipsum testantur. Ergo maior iure regina Angelorum angelicam, atque adeo splendidissimam faciem habuisse credenda est. Vnde memoria proditum est est, celebre illud S. Dionysij Areopagite testimonium, qui tā cœlesti splendore collustrata beatissimam Virginem intuens Eam, inquit, tanquam Deum venerarer, nisi D. uero non eſe fides diuina moneret.

S. Diony

Tertiò probatur, quia innumeri penè homines, & quārē plures feminæ præ excellentiis sanctitatis extitere, qui miro splendore colluentes conspecti sepe sunt, vt ex probatissimis authoribus afferat Thomas Bozius lib. 15. de signis Ecclesiæ. signo 61. cap. 5. Hæc enim irradiatio externa est signum interne sanctitatis. Ergo incredibile est in B. virginē sanctorum, ac sanctarum omnium regina non enituisse frequentissimè prædictum splendorem. Sanè priuilegia alii sanctis concessa eo ipso censemur concessa B. Mariæ. Ergo hoc, quod tot sanctis concessum fuit, non potest Virginis verisimiliter denegari.

Iam quod attinet ad prædictam sententiam Carthusianam in po-

Chrysostom. Augustinus. Tertullianus. Hugo. P. Damianus. Lorinus.

in posteriore sensu explicatam, non inuenio auctoritatem aut firmam rationem, qua stabiliri possit. Quamuis enim in oculis cœlestis quadam vivacitas, & in facie singularis quidam ardor conspicerentur; non inde infertur verum aliquem splendorem connaturaliter ab internis affectibus dimanasse, nec id necessarium est ad Virginis commendationem. Satis enim est priori modo semper aut ferè semper mirabili splendore nuntiisse, & hunc sua incrementa recipisse de curiu temporum, sicut & alia Virginis dona.

## SECTIO. III.

*An & quatenus caro Beata Virginis ante infusionem animæ rationalis habuerit sanctitatem.*

S. I Sermo sit de propria, ac rigorosa sanctitate, qua sub. 18  
S. ieclum redditur gratum Deo, & emundatur à peccato,  
quod prius illi inhæreret, certissimum est id, quod af-  
firmant Sant. Thom. 3. par. quæst. 27. artic. 2. & in 3. dist.  
3. quæst. 1. articul. quæstionē. 1. & 2. Sanct. Bonau. ibid.  
articul. 1. quæst. 1. & Alexander. 3. par. quæst. 9. mem. 2.  
artic. 3. nimurum Beat. Virginem non potuisse sanctificari  
ante animationem, id est, ante infusionem animæ rationalis,  
quia nullum subiectum præter rationale, vel intellec-  
tuale, est capax peccati, aut amicitie erga Deum. Solū  
ergo supereft difficultas, an in aliquo sensu caro Beat. Vir-  
ginis dici, & esse potuerit sancta, ante quam anima rationa-  
lis crearetur, & corpori infunderetur.

Iacobus de Valencia super Cantica fol. 14. col. 3. differ- 19  
te affirmat carnem Beat. Mariæ ante animationem fuisse  
mundatam, & in ventre matris sanctificatam. Et Robertus  
Holcot in capit. 13. libri Sap. lectione 160. ait animam in-  
fusam fuisse in corpus Beat. Mariæ purgatum, & emunda-  
tum ab omni qualitate inordinata, quam contrarerat ra-  
tione propagationis seminalis. Et re uera in apertissimo sensu  
sanctitas hæc explicari, & defendi potest. Imprimis cum  
ex disp. 1. capit. 11. constet, semen, quod media sensibili  
delectatione deciditur, esse instrumentum traductionis  
cuipè originalis, & Beatissimi Ioachimus, & Anna so-  
lo Dei voluntate absq; vna inordinata delectatione conne-  
cerint,

nerint, semenq; illorum ex diuina ordinatione, & liberali-  
tate non fuerit instrumentum traducēdæ culpa originalis;  
quippe quæ ad Virginem deriuata non est, vt infra patebit:  
optimæ ratione dici potest illud semen mundum, imo &  
sanctum, id est ordinatum à Deo ad Cœceptionem Virginis  
sanctæ, & sine macula illius culpa. Vnde sancta Brigitta li. S. Brigit-  
6. suarum revelationū ca. 55. sic refert loquētem Deigeni-  
tricem Mariæ. *Hora, in qua ego Concepta fui, bene potest vocari au-  
rea hora, & preciosa: quia alij coniuges conueniunt ex voluptate carna-  
li, mei vero parentes conueniunt ex obedientia, & precepto Dei.* Nec  
minus ad rem sunt verba S. Illephonsi in serm. breui de Na-  
tuitate B. Mariæ, qui hahetur to. 8. Bibliotheca nouæ pag. bon. S. Illep-  
315. & 316. Maria, inquit, *Virgo non sic est nata sicut solent pueri,  
vel puellæ nasci, sed de Anna sterili, & patre iam sane extra confuctu-  
dinem mulierum, post refrigeruentem calorem, & omnem amorum li-  
bidinis discessum, mundo corde, & corpore ab omni pollutione carnali  
orta est.* S. Damascenus orat. 1. de Natiuitate. Mariæ paulo post  
initium. *O beatos, inquit, Ioaichimi lumbos, ex quibus proorsus im-  
maculatum sōmen fluxit.* Vbi verbum illud *Immaculatum*, signifi-  
cantissimè appositum est. *Immaculatum*, inquit, id est, sine ad-  
mitione culpa venialis, quæ plerunque in vnu matrimonij  
committitur ob inordinatæ delectationis effectum. *Imma-  
culatum*, id est, Deo efficaciter prouidente destinatum, vt  
gigneretur virgo immunis ab omni culpa, & plena gratia.  
Derique S. Bonaventura vbi supra ad 4. argumentum. *Dicen-  
dum*, inquit, *quod totum illud est probabile, videlicet, quod Maria S. Bonau-  
Concepta fuerit ex sterili, & ex coitu coningali, absque tamen culpa  
actuali.*

Aliter etiam, *Nec minus apté declarari potest hæc puri-  
tas carnis B. Mariæ ante infusionē animæ rationalis.* Etenim  
vt cum S. Thoma in li. de anima dicebamus, corpus huma-  
num prius habet animam plantę, & facultates illi debitas.  
Deinde animam sentientem, & consequenter appetitum  
corporeum similem illi, quem habent bruta. Hoc autem  
quod omnibus hominibus commune est, non debet corpo-  
ri Virginis denegari: habuit ergo sentientem appetitum  
prius, quam caro informaretur anima rationali: *Et cum  
appetitus iste post lapsum primi parentis inclinat in plura  
obiecta sensibilia rationi contraria, nec habeat aliquid,  
quo rationi omnino subiiciatur; recte dici potest, in  
corpo-*

corporibus filiorum Adꝫ, etiā ante creationem animꝫ rationalis, esse prauam aliquā inclinationem, & rebellionis principium, atque impuritatis incertum. Hoc autē non habuit caro B. Mariꝫ, quia Deus efficaciter decreuerat non permettere, ut appetitus illius preueniret rationē, vel illā modo ad malum incitaret. Vnde merito dicitur, semper caruisse fomite peccati; siue quia iuste fuerit extintus in Virgine ab ipso conceptionis exordio; siue quia usque ad tempus Incarnationis filij Dei fuerit ligatus, & postea extintus, ut opinatur S. Tho. Propter hanc igitur causam, atque in hoc sensu dici potest, & debet caro Maria omnino pura etiam ante creationē animꝫ rationalis. Et ideo Sophronius Patriarcha in epist. quæ legitur in 6. synodo act. 11. dixit, *Mariam liberatam fuisse ab omni contagio, siue (ut alijs legunt) ab omni labe corporis.*

Sed dicit aliquis, appetitum illum sentientem, qui est in corpore humano ante creationē animꝫ rationalis, nō manere postea in illo, sed produci alium specie diuersum, qui ab anima rationali dimanat: ac proinde illum nūquā posse exercere rebellionem in animā, aut ad malum inclinare; & consequenter in B. virgine non opus fuisse vlla emundatio-ne, vel puritate, quæ in illo appetitu exerceretur.

Respond. Licet verum sit, illum appetitum non manere quod rationem specificā, perseverare tamē quod gener- cā, ex qua habet inclinare ad bona sensibilia, & rationē nō omnino sequi. Vnde quod Deus decreuerit non permettere, ut appetitus ille eliceret actum, qui inclinaret ad malū contrarium rationi, & anima rationali postea creandę, pri uilegium aliquod puritatis fuit.

Ad extremū, Caro B. Mariꝫ dici potest, & debet aliquo modo sancta ante infusionē animꝫ rationalis. Primō, quia quod à Deo destinatum est ad sanctitatem, potest dici sanctū. In hoc enim sensu non ignobiles Doctores putant, Hie remiā Profetā dici in Sacra Scriptura sanctificatum, duu ad hoc materno vtero concluderetur. Virginis autē caro etiā ante infusionem animę destinata erat à Deo ad eximiā sanctitatem, quā postea habuit. Secundo, quia Deus speciali suo concursum, & maximè mirabiliter formauit corpus Mariꝫ, ut esset anima sanctissima domicilium, & filij sui tabernaculum, iuxta dicta in cap. precedentib;. Ergo dici potest, & debet

debet sanctum. Patet consequentia, quia multo minus habebaut vasa, & alia, quæ ad cultum antiqui templi ordinabātur, & nihilominus in Sacra Scriptura sancta nuncupātur.

**23** Aduer te Caiet. tom. 2. opusc. in tract. de concep. B. Mariꝫ cap. 3. tanquam ex fide certam doctrinam statuere, beatę Virginis carnem fuisse maculatam, & infectam: sed non propterea cōtradicit doctrinā huius sectionis, quia ea phrasi solū ipse contendit, beatam Mariam in Adamo peccasse, & fuisse obnoxiam originali, quod pertinet ad aliam longe diuersam quæstionem, de qua latē infra in suo loco.

### CAP. III. An Beata Virgo Maria concipi potuerit absque peccato originali.

Indubitatū est, ex absoluta potentia id fieri potuisse: nec enim Deo defuerunt varij modi præferuandi B. Mariam, imo & quandam alium purum hominem à peccato originali, siue efficiendo, ut non conciperetur ē mare, & foemina, sed ex virtute Spiritus Sancti; siue eximendo illum ab ea communi lege, & pacto, quod cum Adamo initum fuisse à Deo ostendemus, disputat. I. cap. 3. nam eo ipso non peccasset in Adamo, nec quod ille voluit, voluisse. Solū ergo dubitatur, an ex communi lege, & posito ordine diuinæ prouidentia, quam Sacra Scriptura, & Patres nos docuerunt, potuerit Virgo ab hac preferuari. Et quia quæstio in eo sensu easdem ferē difficultates, & argumenta habet, quæ formari, & adduci possunt, cūm disputatur an re ipsa contraxerit originale, ideo visum est congruentius accedere ad præcipuum huius libri assertionem stabiliendam, scilicet re ipsa Beatam Mariam immunem fuisse ab originali; ex eius enim explicacione multo dilucidius percipitur, Deum hoc priuilegium matri suæ concedere potuisse.

### CAP. IIII. Relatis contrarij partis authoribus, statuitur B. Mariam Dei Genitricem sine macula originalis culpæ fuisse conceptam.

**B**EATA MARIAM in sua conceptionis momento in-  
fecta fuisse peccato originali nobiles, & non pauci Theo-  
logi docuerunt. Primus dignitate, & ordine est S. Tho-  
de cuius niente in locis, quos referam, dubitare non pos-  
sum, et si vellem. Nam in 3. dist. 3. q. 1. art. 1. quaestiuncula  
1. Beata, inquit, *Virgo in peccato originali fuit concepta, propter*  
**S. Tho.** *quod B. Bernardus ad Lugdunenses scribit, conceptionem illius cele-*  
*brandom non esse: quamvis in quibusdam Ecclesijs celebretur, non con-*  
*siderant conceptionem, sed potius sanctificationem.* Et quaestiuncula  
2. *Sanctificatio, inquit, Virginis non potuit esse de center in ipso in-*  
*stanti infusionis anime, ut scilicet per gratiam sibi infusa confervare-*  
*tur, ne culpam originali incurret. Christus enim hoc singulariter*  
*in humano genere habuit, ut redemptio non egeat, quia caput nos-*  
*trum est, sed omnibus conuenit redimi per ipsum. Hoc autem esse non*  
*posset, si alia anima inveniretur, que nunquam originali macula fuisset*  
*infelta. Et ideo nec Beatam Virginem, nec aliqui praeceperint Christum hoc con-*  
*ceptum est.*

Deinde let. 6. in cap. 3. Epistola ad Galat. declarans il-  
lud Eccl. cap. 7. *Virum de mille unum reperi, Mulierem ex omni- 2*  
*bus non inueni. Virum, inquit, de mille unum reperi, scilicet Christum,*  
*qui est sine omni peccato: Mulierem autem ex omnibus non inueni,*  
*qua à peccato omnino immunis est, ad minus originali, vel veniali.*  
Sic habetur in editione Parisiensi anni 1518. Et in editione  
Romana anni 1570. Quamvis à viro doctissimo Familiae  
Carmelitarum audierim le uiduisse editionem, in qua con-  
tradicitorium legebatur, scilicet, *Non inueni mulierem prater Vir-*  
*ginem Mariam, qua à peccato originali immunis est.*

Denique in 3. part. quaest. 27. 2. ad 2. *Si nunquam, inquit, 3.*  
*animam Beatam Virginem fuisse contagio originalis peccati inquinata, hoc*  
*derogaret dignitati Christi. Et statim. Beata, inquit, Virgo con-*  
*traxit quidem originale peccatum, sed ab eo fuit mundata, antequam*  
*ex utero nasceretur. Et ad 3. Per hoc, inquit, quod fessum concep-*  
*tionis celebratur, nondatur intelligi, quod in sua conceptione fuerit*  
*santa. Et ad quartum. Beata, inquit, *Virgo peccatum origina-*  
*le contraxit. Et in corpore articuli reputat incommodeum,*  
*Beatam Virginem nunquam incurrisse maculam originalis peccati,*  
*quia sic non indigebat redemptione, & salutem, que est per Christum.**

Ex quibus faciliter patet, non esse vnde modo aptam expli-  
cationem quorundam, qui putant Sanctum Thomam solum  
con-

Contentisse, B. Virginem Mariam ex vi sue conceptionis obnoxiam fuisse peccato originali, licet re ipsa illud non contraxerit: pugnat enim hec explicatio cum verbis S. doctoris, quae retulimus: nam dissentit tauratur contraxisse, & incurrisse originale: negantque in sua Conceptione fuisse sancta, aut habuisse gratiam, qua conservaretur immunitas à culpa originali. Confirmatur, quia graues doctores sentiunt, B. Mariam fuisse obnoxiam originali, imo id putat omnino certum, & nihilominus negant illa contraxisse originale, & affirmant habuisse gratiam in primo sua Conceptionis momento, proptereaque fera flui Conceptionis celebrari. Ergo aliud aliud manifeste affirmat S. Thom. & hoc non est aliud, quam beatam Virginem infectam fuisse culpa originali.

Secundus huius sententiae doctor est Sanct. Bonaventur. **S. Bonaventura** in 3. distinct. 3. artic. 1. quaest. 1. dicens hunc modum dicendi esse communorem, quia omnes ferent illam tenent, securiores, & rationabiles, quia magis consonat fideli pietati, & Sanctorum authoritati. Sed quae Dei est prouidentia ostendemus infra & sanctum Bonaventur, & sanct.

Thomam aliis in locis contrarium docuisse.

Tertius est Henricus quod lib. 15. quaest. 13. Nec verum est, quod Suarez 3. part. tom. 2. disputat. 3. sect. 5. initio existimat, scilicet Henricum sentire, beatam Virginem in primo sua Conceptionis instanti gratiam habuisse: nam licet primo aspectui id videri possit, diligenter tamquam inspecta quaestiones serie mens illius est, prius tempore habuisse culpam, quam gratiam. **Henricus.**

Quartus est Alexander tert. part. quaest. 9. mem. secund. **Alexander.** articul. quint. Quintus Ricardus in tert. distinct. tert. a. t. **Ricardus** prim. quaest. prim. Sextus Durandus quaest. prim. num. oct. **Durandus** Septimus Vdalricus apud Carthusianum, ibidem. Octa **Vdalricus** us Paludanus ibidem. Nonus Caietanus in opusculo de **Paludan.** Coceptione, & plerique Thomistae, atque alii non pauci quos **Caietanus**, referunt Suarez supra, & Vasquez 3. p. to. 2. disp 117. cap. 1.

Nec dici potest, hos doctores solum contendisse beatam MARIAM fuisse obnoxiam originali ex uisu Conceptionis: quia non minus dissentit quam sanct. Thomas supra affirmat, illam re ipsa fuisse infectam originali peccato.

Minime etiam probabile est illos affirmasse, quod Hmerico Suarez tribuebat: nimurum in eodem instanti temporis fuisse

simil in beata Virgine culpam originalem, & gratiam sanctificantem, ita tamen, vt in priori signo rationis habuerit culpam, in posteriori autem ab illa fuerit per gratiam liberata. Hoc, inquam, probabiliter illis tribui non potest. Primo, quia saltem certum erit virginis animam re vera infec tam fuisse labore peccati originalis, à qua tamen fuisse omnino liberā contēdit contraria sententia. Secundō, quia impossibile omnino est in eodē instanti temporis simul exsistere culpam lēthalem, & gratiam; & quamvis nonnulli putent ex absoluta potentia non repugnare; at ex communī legē, de qua nunc loquimur, certum est esse incompatibilēs. Tertio, quia quod in aliquo temporis instanti existit, non potest in eodem non existere, vt euidenter patet: qua ergo ratione in priori signo rationis erit originale, & in posteriori non? Cūm vtrumque signum rationis sit in uno indubiblē instanti temporis? Quartō, quia si legantur scripta horum Doctorum, constabit aliam fuisse mentem eorum, scilicet in primo instanti temporis, cūm anima Beate Virginis creata fuit, & corpori infusa, contraxisse maculam peccati originalis, licet in alio tempore ante nativitatem fuerit liberata ab ea culpa per infusionem gratia sanctificantis.

Nihilominus assertio potissima, & scopus huius libri est: **10**  
*Beatam Mariam Dei genitricem immunem fuisse à culpa originali. Ita vt in primo temporis puncto, quo genita est secundum carnem, & anima infusa corpori, nō incurrit culpa, sed diuinus infusam acceperit gratiam, qua felicissima mundo eius conceptio prorsus esset immaculata.*

Hec assertio in sequentibus capitibus ex professo probāda est. Et quoniam inter argumenta pro hac veritate non in sumum locum obtinet acies lucidissima Doctorum, qui illā amplectuntur, hīc nullum referre vīsum est, sed infra in specialibus capitibus. Quę verō pro priori sententia, & contra nostram obijciuntur, postea proferemus, & diluemus.

## CAP V T V.

**Argumentum Primum pro immaculata Dei genitricis Conceptione petitum ab authoritate sacrae Scripturæ.**

**E**X multis, quibus sacra Scriptura, si non exprimit, certe fatis innuit immaculatam Dei Genitricis conceptionem.

nem. Seligo pauca, quæ videntur illustriora. Et quidem cum testante Apostolo omnia in figura contigerint populo Indorum: Id est vt adūmbrarent ea, quæ in lucidissimo statu legis gratia perspicue cernuntur, non erit leuis momenti testimonium à figura beatae Mariae petitum, nimirum ab arca testamenti, quæ beatam Virginem ita expressit, vt iare optimo S. Damascenus sermon 2. de dormitione Deiparæ Mariam appellauerit, *Sacram, & animatam arcā Dei vincentis*, in qua nimurūm cœlestē illud, ac planē diuinum Manna reconditum est. In capite ergo 25. Exodii Deus praecepit. *Arcam de Lignis setim compingite, & de aurabis eam auro mundissimo, intus & foris, faciesque supra coronam auream per circuitum.* Additur præterea 3. Regum. 8. *Cherubim expandebant alas super locum arcae, & protegebant arcam.* Unde Apostolus ad Hæb. 9. *Super eam, inquit, erant Cherubim gloria obumbrantia propitiatorium.* Quām verō aptaſt hæc arca, quæ fabrica ad obrumbandam immaculatam Dei genitricis Conceptionem, quatuor non obscurè persuadent.

Primum ipsius Arcæ Materia. Nam vt scribit S. Hieronimus in Illud Isaie 41. *Dabo in solitudinem Cedrum. Scitum est arbor spinæ alba habens similitudinem imputribile, leuissimum, & omnium Lignorum tam in fortitudine, quam in nitore soliditatem separat, & pulchritudinem.* Est itaque Lignum album, quod omnem culpe nigredinem depallat: imputribile, quia beata virgo fuit expers corruptionis: at quæ maior corruptio, quā peccatum, illudque lēthale cuiusmodi est originale? leuissimum, quod excludat omnem culpæ grauedinem. Lignum omnium fortissimum, quod nullius culpæ imbecillitas emollii erit: Nitidissimum, quia tenebras cuiuscumque peccati disfecit.

Secundum arcæ de auratio intus, & foris medio auro mundissimo, id est, cui nihil alterius metalli admixtum sit, vt obseruat Abulensis. Aurum sanè charitatis, atque adeo gratiæ symbolum est. Vnde cum beata virgo intus, & foris, id est, omnino plena fuerit gratia cœlesti, nunquam habuit originalem culpam, quæ pro aliquo saltem tempore, vel instanti excluderet gratiam. Et cum aurum istud mundissimum fuerit, nullani habuit admixtā immunditiam culpæ, aut alieni metalli vilitatem.

Tertium corona arcæ aurea quidē, & per circuitū illius, G 3      quod

Damasc.

Exod. 25

Reg. 8

Hæb. 9

Isai 41

S. Hieron.

Abulensi.

### DISP. III. DE ESSENTIA.

*Abulen.*  
*Ribera.*

quod ita intelligent Abulensis in prædictum locum Exodij Et Ribera lib. 2. de templo, cap. 1. ut corona totam arcā circundaret, & esset quasi labium erectum super illā, & unde quaq; protensum. Quo sanè significatur, nullam esse partē, nullum tempus, nullum temporis punctum, in quo hæc mystica arca, quæ est beata Maria, nō fuerit coronata, tāquam ea, quæ gloriae de domine victoriā reportavit. Nec unquam illi subdita fuit, ut verē subduntur, qui culpā originālē cōtraxerent. Estq; corona aurea, quia victoria hęc adscribēda est gratiæ, & amori Dei erga virginem, non autem viribus naturæ.

*Cantic. 4.* Quartum. Cherubini arcā obumbrantes, ne culpæ alius q̄ilus B. virginē lāderet, & expandentes alas super locū arcæ, eamq; protegētes, ut nimirū denotetur, Deum immediatè, & Angelorum ministerio excubias egisse, ne vek minimè culpæ labecula purissimā Mariæ animā inficeret, ne dum originalis, quæ magna est, quippe culpa lathalit.

*Genebr.* Venio ad aliud magis illustre testimonium ex c. 4. Cant. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Et quidem Hęretici, ut in eum locum refert Genebrardus, putant, hanc esse Hyperbole amoris vi, non veritatis elicitem. Sed in terpres Catholici non immerito laborant in inuestigando sensu, qui sine tropo quadrat his verbis: & sanè nullus est huic testimonio omnino adæquatus, nisi ille, quem antiquissimus, & sapientissimus Pater cognomento Idiota multis ab hinc annorum centurijs exhibuit, ut capit. 12. ostendetur. Et quem doctissimi recentiores, ac literè obseruatores Genebr. Jacob. de Valencia, Martinus Delrius, Gislerius approbarunt. Scilicet sponsam Christi Domini Darius, dici totam pulchram, & sine macula, quia nullius fœditatis Gislerius etiam originalis, nullius culpæ actualis, aut originalis particeps fuit, quod quidem proprié in solam Virginem Mariam conuenire fatentur. Lege Galatinum libr. 7. de arcanis cap. 5. ubi latè contendit, hunc locum Canticorum apitissimum esse pro immaculata Mariæ conceptione. Et licet Genebrardus affirmit, hanc sponsam, de qua sermo est in Prædicto loco, esse Ecclesiam: Respicitur inquit, in hoc loco per syneduchem ad præcipua, & nobilitorā Ecclesie membra. V.g. ad Virginem ab omni peccato etiam originali Dei gratia liberatam. Scio multos Patres, & interpres intelligere hęc verba in

alio

### PECC. ET IVST. ORIG.

52

alio sensu, sed re vera nullus est ita adæquatus. Nec mirū est in eadē verba Sacra Scriptura conuenire plures sensus, quorum unus sit maximè proprius, & adæquatus, alij verò non ita. Sic enim quæ in Psal. 44. prædictis Regius vates, de Salomone dicuntur saltē magna ex parte, sed plenū sensum non habent omnia illa tā magnifica, & præclarā, nisi in Christo Dño, cuius typus Salomon fuit. Quāuis ergo aliqua ratione Ecclesia, vel anima iusti dici possit tota pulchra, & si ne macula, plenē tamen hoc non quadrat nisi in B. virginē, quæ ab omni culpa etiā originali fuit præseruata: & propterea ante quām cœlestis sponsus hanc virginis laudē decātaret, præmisserat: *Vadam ad montē myrrhae*, idest, ad montē præseruationis, vbi sponsa hęc pulcherrima cernitur sine macula, quia per gratiam meam præseruata est.

Tertium testimonium habetur in c. 7. lib. Sap. Nihil inquit natum in eum incurrat; candor est enim lucis aeterna, & Speculum sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius. Fateor quidē hæc verba in sensu literali primariō dicta esse de Christo Domino, perfectissima Sapientia Patris eterni. Sed nihilominus vniuersa Ecclesia applicat B. virginis pleraque, quæ in hoc libr. & in lib. Proverb. & Ecclesiastici dicuntur de diuina Sapientia Christo Iesu, ut cōstat ex officio; quod recitari præcipit in illius solenitatisibus, & ex Misla Natiuitatis, Cōceptionis, & Assumptionis illius, & ex Litanij hęc virginis sacris, in quibus appellatur Speculum sine macula. Et Card. Petrus Damian. in ferm. de Assumpt. virginis apud Coccii lib. 3. ar. 1. pag. 267. Beatam Mariam appellat Cādorem lucis aeternæ: & Frāscus de Mayronis, qui vixit anno 1320. concionem habuit de immaculata virginis Conceptione, cuius Thēma fuit locus iste Sapientia, quem hic expendimus. Immo valde verisimile est id, quod doctissimus, & ingenij acumine præfans Ludouicus ab Alcaçar Magister meus, rotatione secunda in primum versum capituli duodecimi Apocalips. obseruauit, non solum per accommodatiōnem, sed etiam in sensu litterali minūs præcipuo explicari debere de Beata Virgine MARIA, quæ in prædictis locis dictauit Spiritus Sanctus, dum Christum Dominum summam Sapientiam commendaret. Est enī summa, ac miranda conjunctio inter talēm Filium, &

### DISP. III. DE ESSENTIA

**Arnald.** talem matrem, adeò ut merito dixerit Arnaldus Carnotensis in tract. de Laudibus B. Mariæ, apud Canis. li. 5. de Deip. ca. 11. *Vna est Maria, & Christi caro, unus spiritus, una charitas, ut filii gloriam cum matre, non tam communem iudico, quam eandem.*

Hoc posito illustre præbet sapiens de immaculata beatę Virginis conceptione testimonium. Nihil, ait, inquinatum in eam incurrit. Non ergo inquinata est peccato originali: hoc enim aliquod inquinatum est. Subdit verò tres huius veritatis appositissimas rationes. Primam, *Candor est enim lucis eterna;* q. d. lux eximia de luce purissima, quæ Deus est; non tamen egregie Lorus in hunc locum nomine, *Candor,* significari splendidam albedinem, & vsum fuisse sapientem eo vocabulo, ne magis obscura putaretur esse sapientia Christus, quam Pater illius. Sic ergo beata Maria. *Candor* est lucis eternæ, id est, nulla omnino, vel minima obscuritate peccati tenebrosa. Vnde eleganter S. Bernardus in Sermone, *Signum magnum. Candidissimus,* inquit, *huius mulieris amictus, cuius omnia tam excellenter irradiata nocturna sunt, ut nihil in ea, non dico tenebrosum, sed obscurum sicut, vel minus lucidum liceat suspicari.* Quomodo ergo in Maria densissimæ, obscurissimæ & tenebra peccati originalis?

Secunda ratio sapientis est. *Et speculum sine macula Dei maiestatis.* q. d. nulla omnino peccati labecula est in Maria, in qua vel in speculo omnino chrystillino purissima Dei maiestatis eluet. Tertia, & *imago bonitatis illius.* Imago, inquam, perfecta Dei summi boni, & ab omni culpe malitia alienissima: quomodo autem foret imago perfecta bonitatis, si militiam culpe originalis incurrisset?

Quartum testimonium adduci potest ex cap. 3. Genes, 12 vbi Deus serpente sic alloquutus est. *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & inter sementum, & semen illius, ipsa conteret caput tuum, & tu in nisiaberis calcaneo eius.* Et quidem noster Perarius approbat eam explicationem, quam littera vortex præferre videtur, de virtute nimirum naturali, quæ mulieres serpentes conculcando, nocumentum illis, afferunt. Sed Viegas in cap. 12. Apocal. comment. 3, sect. 3. & 4. ac curate expendit hoc testimonium; & notat à Patribus Ecclesia explicari de C H R I S T O. Domino, & B. Virginie Maria, illa nimirum felicissima muliere, cuius semen, id est, Christus Dominus inimicissimus fuit demoni, quem debet-

### PECC. ET IUST. ORIG.

53

debellavit. Dicitur autem ipsa, id est virgo (nam in sexu neo genere legit vulgatus, & legendi esse probat Viegas, & alij) contritura caput serpentes, quia illam omnino superauit: ita ut quamvis dæmon infidias parauerit, vt eam inficere labe peccati, nullatenus id aspergi potuerit. Vnde Rupertus pertus apud Lipomanum in catena huius loci. *Certissime, inquit, hic illius semen mulieris promittitur, quod est Christus, per quod sexus idem qui deceptus est, deceptionis caput omne contruit, quando ad destructionem peccati B. virgo sine peccato nouum hunc, & celestè hominem mundo edidit.* Ecce Virgo dicitur absolute sine peccato, ac proinde sine originali, quod propriè peccatum est, & magis graue, quam omni venialia. Dionys. etiā Cartus. vir æque sanctus, & sapiens in 3: dist. 3. q. 1. in fin. probans virginis immunitatē a peccato originali. Horremus, inquit, mulierē, que caput serpentis erat contritura, quandoq; ab eo contrita fuisse Matrem Domini fatiri.

¶ Ad extremum, dum in c. 1. Luca Beata Maria magnificis illis encomijs ab Angelo salutatur: *Gratia plena, Dominus tecum, benedicta in mulieribus.* indicatur profecto singularissima plenitudo, quæ excludat omnem, ut sic loquar, vacuitatem: foret autem vacua gratia aliquo tempore, vel instanti, si peccatum originale contraxisset. Indicatur etiam Do- minum perpetuo in virgine fuisse, non quomodo cumque, sed per gratiam, quæ peccatum quodcumq; lethale, ac pro inde originale excluderet: & singularissimum Dei benedictionem obtinuisse, ut nunquam maledictioni peccati sub iaceret. Vnde S. Auguſtinus tomo. 10. sermo. 11. in natali S. Auguſti. Domini sic scribit: *Cum dixit Angelus Ave, salutem illi certam exhibuit.* Cum dixit Gratia plena, ostendit ex integro iram exclusam primæ sententia, & plenam benedictionis gratiam restitutam.

### CAP. VI.

Argumentum Secundum pro immaculata conceptione ex doctrina Apostolorum.

S. Anodus Jacobus minor Apostolus; & cognatus Christi Domini in sua Liturgia, quæ refertur tomo sexto Biblio theca in editione noua appellat Beata Virginem Mariam immaculatā, & statim sic eā alloquitur. *Dignum est te in vere S. Jacob. beatam*

### DISP. III. DE ESSENTIA

**B.** dicamus, Deiparā semper beatam, & omnibus modis irreprehensam, & matrem Dei nostri honorabiliorēm, quād̄ Cherubim, & glorioſorēm, quād̄ Seraphim, quia sine corruptione Deum Verbum pèperit, te re vera Deiparam magnificamus. Quibus verbis satis indicat, sine peccato falso conceptam. Primo quia Mariam absolute appellat immaculatam, id est sine vlla macula. Secundo quia vocat semper beatam, quod falso diceretur, si aliquando habuisset infelicitatem peccati originalis, & fuisset rea damnationis aeternae: sicut falso diceretur semper virgo, si aliquando virgo non fuisset. Tertiō, quia dicit esse omnibus modis irreprehensam: originale autem aliquo modo est dignum reprehensione, quatenus nimuram fuit iniuria voluntaria illata Deo in primo parente.

**Bellar.** Et quidem Cardinalis Bellarminus in tract. de Scriptoribus ecclesiasticis, in Iacobo, *Exstat*, inquit, *liturgia sancti Iacobus attributa, qua tamē à posterioribus ita locupletata est, vt non sit faciliter dijudicare, quæ pars eius liturgiae sanctum Iacobum habeat auctorem*. Sed nihil minus testimonium adducunt magni momenti est. Tum quia non conflat, eam partem liturgie esse additā, & alioqui modus loquendi antiquitatem sapit.

**Sixtus.** Tum etiam; quia Sixtus Senensis lib. 2. sua Bibliotheca in Possevina Iacobo, & Possevinus tom. 2. sui Sacri apparatus in eodem verbo, absoluē probant hanc liturgiam, seu diuinam Missam sancti Iacobi: tum denique, quia in Canone 32. ex Trullanis fit de hac Misla mentiō sub nomine S. Iacobi.

**3. Andr.** Alterum & illustre quidem testimonium est S. Andreæ qui, vt refertur in ipsius passione, quam presbyteri, & Diaconi Achaiæ posteris scriptam felicuerunt, hæc dixit Proconsuli AEgey. *Quonodo de immaculata terra formatus fuerat homo primus: ita necessarium fuit, vt de immaculata Virgine natus Christus vitam eternam repararet*. Et quidem Abdias Babylon; qui vñus ex discipulis Domini fuisse dicitur, scripsit vitas Apostolorum, & ex ipso refertur similis sententia à S. Andrea probata, quamvis magis expressa pro Virginis immunitate. Sed Bellar. in tract. supra relato, ait prædictas vias esse fabulis similiiores, quam vera narrationi, & propterea dictis illis non insisto. Passio vero sancti Andreae, prout à presbyteris Achaiæ tradita est, & referitur ex Lipoma, non à Laurentio Surio in die 30. Novembris, censetur in Bellarm. dubitate fidei, & id probat Bellarm. authoritate grauiſſimorum

### PECC. ET IVST. ORIG.

54

morum doctorum, & ipsius Ecclesie, quæ in breuiario cā affert in festo S. Andreae.

**4.** Quād̄ vero aptum sit hoc testimonium ad persuadendā immunitatē beatæ Mariæ, illud persuadet, quod terra, de qua formatus est primus Adam, non in alio sensu potuit dici ab beato Andreae immaculata, quam quia numquam fuerat à Deo Maledicta, sicut fuit post peccatum. Genes. 3: *Maledicta terra in operetuo*. Vnde cum postea subditur necessarium fuisse Christum Dominum naſci de Beat. Virgine immaculata, perinde est ac si diceretur de Virgine, in quam non acciderat maledictio, alioqui non foret apta. Apostoli comparatio: cum ergo peccatum originale sit vera maledictio, imo origo maledictionum generis humani, sentit Sæc. Andreas in Beatam Virginem non cecidisse peccatum originale.

Ex quo obiter inseratur, licet in sacra Scriptura dicantur immaculati alij homines, qui ab originali præseruati non sunt vt Psal. 118. *Beati immaculati in via*. Et alibi. *Nouit dominus vias immaculatorum*: Nihilominus non eleuari vim testimoniorum, quæ pro immunitate Virginis in hoc capite allata sunt, nā ex alijs locis sacra Scriptura, & communis ecclesiæ consensu confitit, alios homines non dici immaculatos, eo quod ab originali peccato, imò nec ab actualibus venialibus immunes sint, sed quia sunt Deo amici. At vero ecclesia ipsa potestatem nobis fecit credendi immunitatem Mariæ ab omni omnino peccato, ac proinde accipiendi nomen *immaculata*, in toto rigore & proprietate. Et sic accipiendo est, sicut etiam ab aduersarijs usurpat ad significandum in B. Maria nullam fuisse culpam venialem: quod tamē de alijs iustis, qui appellantur immaculati, falso diceretur. Preterquam quod, cum beata virgo dicitur immaculata ab Apostolis Iacobo, & Andrea, additur aliquid amplius, quo summa puritas, & ab omni maledictione immonitas denotetur.

Non possum in hoc arguento non referre, quæ in libris plenib[us] repertis Granata anno 1595. in Monte, qui Lib. Gra natæs, Sacer seu Sanctus appellatur, pro immaculata Concepcione leguntur, quamvis enim certa fides non habeatur, aut haberit debeat hisce libris, donec a sede Apostolica approbentur, multa tamen sunt, quæ magnam illis autoritatem concic-

conciliant, de quibus alibi, & ideo ad roborandam assertio[n]em nostram in re optimè adduci possunt, quæ in illis continentur. In uno ergo illorum librorum, cuius author fuit Sanctus Thesifon martyr, & Sancti Iacobi minoris discipulus refertur ab Apostolis in quodam Concilio veritatem hanc fuisse definitam, & in hac verba editum decreto. *Illa Virgo, illa Maria, illa sancta, præseruata fuit à peccato originali in primo instanti sua conceptionis, & libera ab omni culpa; & qui ita non senserit, non consequetur salutem aeternam.* Etenim in altero libro eiusdem martyris sic babetur. *Mariam non tetigit primum peccatum.* Doctor Gundisalvus Sanchez Luzero in secundo ex duobus ingeniosis, & eruditione plenis discursibus, quos pro immaculata conceptione in lucem edit, refert prædicta de c[on]tra. & cap. 5. satisfacere conatur difficultatibus, quæ in illis occurruunt. Ego unam solūm proferam, qua potissima est, & in cuius explicationem a liquid addendum occurrit.

Obijciet ergo quispiam, nec indoctus: nondum certa fide constat, Beatam Mariam immunem fuisse à peccato originali. Ergo fictitium est decretum, quod ab Apostolis dicitur editum pro ea veritate, & falsum dogma in eo continetur, dum ab aeterna salute excluditur, qui hanc immunitatem non crediderit. Antecedens est certum, quia licitum est, hanc immunitatē negare, ut à viris doctissimis negatur: non autē id fore licitum si certa fide constaret.

Sixt. 4. Consequentia vero probatur, quia quod Apostoli decreuerunt, nō potest nō esse certe fidei, ita ut sine salutis amissione negari nō posset. Confirmatur, quia Sextus IIII. in Extr. trauag. Graue nimis de reliquiis, & veneratione sanctorū. *Nondum, inquit, est à Romana Ecclesia, & Apostolica Sede hoc decisum.* Et Pius Quintus in suo motu, qui incipit, *Super speculum agens de conceptione Beate Virginis. Sancta, inquit, Romana Ecclesia omniū ecclesiarum magistra, & doctrix discipline de eare huius; nō definiuit.* Ergo nec Apostoli definierunt. Parte eidēter consequēta, quia eadē est nunc Ecclesia, quæ fuit tempore Apostolorū.

Respond. immaculatam conceptionem B. Mariae fuisse à Deo reuelatam Apostolis, sicut & alia mysteria; ac proinde credita fide divina: Cumque auctoritatem haberent fidibus proponendi, & declarandi mysteria diuina, ita ut

sub reatu lethalis culpæ, & damnationis aeternæ eos ad c[on]dendum obligarent, eo modo & sub eo reatu statuisse in cōcilio aliquo Hierosolymitano, & nonnullis saltē fidibus proposuisse credendam prædictam veritatem; & id satis est ad veritatem prædicti decreti tuēdam. Licet modo ea doctrina non sit nobis certa secundum fidem, quia nec habemus certitudinem illius decreti, sicut nec auctoritatis librorum Granatenium, in quibus continetur: nec est nobis omnino exploratum, quo testimonio sacra Scriptura nisi fuerit Apostoli ad hanc veritatem definiendam.

Nec mirum videri debet, rem, quæ in exordio Ecclesiæ fuit certa secundum fidem, postea decursu temporis nō ita clare propositam, vt sufficiat ad certitudinem fidei: nā cùm ea certitudo gignatur ex diuina auctoritate proposita in sacra Scriptura, vel per traditionē deriuetur, & quod in uno tempore constabat ex sacra Scriptura, quia Apostoli declarabant, possit modo non constare, quia non nouimus Apostolorum declarationem, ideo quod olim erat sufficierent propositum, vt fide diuina crederetur, potuit postea non habere etiam sufficiētem propositionem. Et sane nemo dubitare poterit, Apostolos certa fide credidisse, gratiam & virtutes infundi parvulis in baptismo, idque primos nascentis Ecclesiæ discipulos docuisse, & nihilominus postea de ea re decretatum est in Ecclesia: ita vt Innocent. Papa in cap. Maiores de Baptismo, & Clemens V. in Concilio Viénensi, eā solūm statuerint tanquam probabilem: & modo iterum à Tridentino definita fuerit, vt certa secundum fidem. Similiter quis negabit Apostolos non latuisse B. Mariam in vetero sanctificatam fuisse, & post mortem surrexisse, gloriosamque corpore, & anima cælos ascendisse? & tamen quod illi tunc diuina reuelatione acceperunt, postea fuit minus certum in Ecclesia, licet modō certissimum sit.

10. Ad confirmationem resp. Sextum IIII. & Piūm V. latuisse prædictum Apostolorum decretum, sicut & libros Granatenenses, in quibus repertum est; vnde mentionem: illius facere non potuerunt. Sapientissimè autem, & verissimè dixerunt, Romanam Ecclesiam de hac immaculata conceptione nihil definiuisse, quia Ecclesia illa primitiva nō appellabatur Romana, cū nondum B. Petrus Cathedram Romę fixisset, vnde ea denominatio sumpta est. Itaque licet mi-

rum non sit, Pontifices non cognouisse prædictum decretū, quippe quod obliuione sepultum erat. Et propterea dixerint Ecclesiam de hac Conceptione nihil definuisse: nihilominus ab Spiritu sancto directus est calamus capitis Ecclesiæ, ut hoc ipsum scriberet verbis, quibus nulla falsitas subesseret: Verum enim est in toto sermonis rigore ecclesiæ Romanam nullum decretum edidisse de immaculata Conceptione, licet illud ediderit eadem Ecclesia, quando potius appellabatur Hierosolymitana.

## CAP. VII.

## Argumentum 3. Pro immunitate Beatæ Mariæ ab originali, petitum ex autoritate Ecclesiæ celebrantis festum Conceptionis.

## S E C T I O. I.

*Festum Conceptionis Beatæ Mariæ multis ab hinc annis captum, & nūc ab Ecclesia celebrari certissimum est.*

*Galatin.* **G** Alatinus in li. 7. de Arcanis c. 5. affirmat ante mille annos celebrari cœptum in ecclesia Græca festum Conceptionis, de quo in illorum Menologio mentionem fieri diximus ca. 1. in Ecclesia vero Latina saltem ante quingentes annos celebrari soliti ab ecclesijs particularibus certū est. Nam S. Bern. in epist. ad Canonicos Lugdunenses reprehendit illos, quod eiusmodi festum celebrarent. Bern. autem floruit anno 1130. & obij anno 1153. vt testatur Bellarm. in tract. de Scriptoribus ecclesiasticis. Nūc autem sumus in Anselm. anno 1616. Idē etiam constat ex S. Ansel. qui floruit ante Bernard. scilicet anno 1081. & veneratus est hoc festū Conceptionis, vt infra patebit. Imo in Missali, quod Mozarabū appellatur, & Typis mandatū est anno 1500. die 9. Ianuarij in urbe Toletana iussu Archiepiscopi Dñi Francisci Ximenez, habetur Missa de Conceptione B. Mariæ. Officiū autem Mozarabū antiquissimum est in Hispania, nepe à tēpore S. Illephosi & S. Isidori, qui floruerunt circa annum 600. Quare etiā in Hispania ante mille annos plus minus. vē celebrari cœptū est festū Conceptionis B. Mariæ. Vide to. 2. Bibliothecę nouę, ybi de hoc officio sit mentio.

Sed

2 Sed ante 200. annos Sixtus 4. hoc festū celebrari fecit ab vniuersa ecclesia Latina; vt patet ex Extraug. Cūm prae-Sixtus. 4. xcelsa, quę edita est anno 1466. vbi fideles omnes hortatur ad eiusmodi celebritatē, quā Extranaug. Concil. Tridēt. sess. Trident. 5. innouavit simul cum altera eiusdē Pontificis, quę incipit Grauenimis, ait enim obseruandas esse constitutiones fœlicis recordationis Sixti Papa 4. sub pœnis in eis constitutionibus contentis, quas innouat.

3 Gabriel Vasquez to. 2. in 3. p. disp. 117. ca. 5. existimat, á Vazquez Tridentino non innouari Extraug. Cūpræxcelsa, in qua Pontifex hortatur fideles ad huius festi celebritatē, sed solam Extranaug. Grauenimis, in qua prohibetur sub certis pœnis, ne quis alterutrā huius controvèrsiæ partē hereticā audiat appellare. Probat, quia Tridētū solim innouat Extraugantes, in quibus infliguntur pœnae transgressoribus illarum, vt patet ex verbis Cōcilij: sed in Extravaganti. Cum præxcelsa, non infliguntur pœnae, vt legentibus erit perficuum. Ergo Tridentinum illam non innouauit.

4 Mihi tamen, quod dixi, videtur omnino verum, scilicet vtramq; extraugantē innouari á Tridentino, vt docet Salmeron in c. 5. ad Rom. dis. 5. pag. 640. Probatur imprimis quia Concil. indefinitè loquitur decernēs obseruandas esse Sixti 4. Cōstitutiones circa B. Virginis Conceptionē. Ergo cum nullā illarum excipiat, nec anobis excipienda est. Sic enim si quis quatuor libros in lucē edidisset, & Pōtīfex, qui illorū notitiam habet, absq; vila limitatione libros illos approbaret, censeretur omnes approbasse. Deinde quia Tridētū innouat constitutiones Sixti: sed ille sunt tantū duæ: nimurum Cūpræxcelsa, & Grauenimis. Ergo ambas innouat, alioquin non constitutiones, sed cōstitutionē innouasset. Resp. Vaquez in extravag. Grauenimis, cōtineri duas partes: vnā in qua Pontifex invenitur cōtra eos, qui immaculatā Concep. irreuerentur oppugnāt; Alterā, in qua prohibet, ne quis audere dicere, peccare mortaliter eos, qui affirmat Virginē conceptā fuisse in originali. Et has duas partes appellari á Cōcilio cōstitutiones. Sed pace tāti doct. violenta est hāc explicatio. Primo, quia doctores cōmuniceret ēa rese rūt vt vnā cōstitutionē. Secundo, quia ipse Pōtīfex in fine cōstitutionis loquitur de illa tāquā de vna. Nulli, inquit humānū licet hāc pag. nostra reprobatio, damnationis, statuti, ordinativis, &c.

Tertiō

Tertiò, quia finis istius ordinatio[n]is fuit vnu[s], nimicu[m] compescere labia eorum, qui contra alterutram huius controver[ia]e partem nimis erant audaces.

Nec virget ratio V[irginis]asquez; nam vt Tridentinum verissimè dixerit se innouare constitutiones sub p[ro]cenis in eis contentis, satis est in vna illarum contineri p[ro]cenas. Sic enim quod S. Thomas affirmat in 1. p[ro]p[ter]a Summa, dicitur contineri in partibus S. Thomae. Et quod B. P. N. Ignacius Praecipit sub excommunicationis poena in 8. vel 9. parte Constitutionum, dicitur precipere sub pena contenta in suis constitutionibus, qua decem partes habent. Itaque per Synecdochen propriissimè dixit Concilium se innouare p[ro]cenas in constitutionibus Sixti 4. contentas, quia in vna illarum continebantur.

*Pius 5.* Post Concilium Tridentinū Pius 5. f[est]i recordationis 7 abstulisse dicitur officium illud peculiare Conceptionis, quod in breuiario Romano habebatur, & à Sixto 4. approbatum est. Sed non propterea cessauit hoc festū: nam in breuiario eiusdem Pij 5. iussu edito pro vniuersa ecclesia precipit celebrari octaua die Decembris Conceptionē B. Mariæ sub nomine Conceptionis, quod in Antiphonis, in oratione, responsorijs, & versiculis sa[nt]e inculcatur. Et eodē modo habetur festum istud postquam Clemens 8. idem breuiarium recognovit, sicut & Missale Romanū. Quibus autem de causis antiqui illud officium Sixti hablatūst, non est nostri instituti disquirere; satis est, & festum, & nomen Conceptionis remansisse; & quotidie maiori solemnitate, & deuotione fidelium celebrari, licet ordo S. Dominici obtinuerit a Pontifice, vt in suo peculiari breuiario, & Missali nomen Conceptionis mutaretur in nomen sanctificationis:

*S. Anselm.* Concludo ergo dubitari non posse festum Conceptionis 8 B. Mariae sub hoc nomine ab Ecclesia Catholica multis ab hinc annis celebrari: ita vt dixerit S. Anselmus sermone qui refertur in officio Conceptionis approbato à Sixto 4. in 2. lectione matutini quinta diei infra octauam: *Qui diem Conceptionis tollit Ecclesia Dei, aut non bene attendit, aut attendere ne gligit, aut nescit bonum, quod inde processit omni creatura Dei.*

*Caietan.* Ex quo patet hoc saltem tempore esse planè fallsum, quod 9 dixit Caietanus opusc. de Conceptione cap. 5. Multas esse Ecclesias per orbem diffusas celebrantes in illo die sanctifica-

ficationem, nō Conceptionem. Nam quod in Breuiario Romano præscribitur, absolutè proponitur toti Ecclesiæ: ibi autem de Conceptionis festo recitatur, & nomē, quod huic solennitat[er] imponit Ecclesia, est Conceptio, non sanctificatio. Denique p[ro]pter familiam S. Dominici, nulla congregatio est, quæ sub nomine sanctificationis hoc festū celebret. Quod autem vna sola familia p[ro]stata, non dicitur p[ro]stari à multis Ecclesijs, imo nec ab una absolutè loquendo, Itaq[ue]; sine limitatione verissimum est, Conceptionem celebrari ab Ecclesia Catholica.

## SECTIO. I.

*Quid nonnulli Doctores putent celebrari ab Ecclesia Catholica sub nomine Conceptionis B. Mariæ.*

*A* Ntequam ab vniuersa Ecclesia celebraretur festū Cōceptionis, celebrabatur à particularibus Ecclesijs, & personis, vt sc̄tione precedenti dictum est: Alter autem graues Doctores celebritatē hanc intellecte, tunc videuntur. Nam S. Thomas 3.p. q. 27. art. 2. ad 3. *Licet Romana, S. Thom.* inquit, *Ecclesia Conceptionem B. Virginis non celebrat, tolerat tamen conjectudinem aliquarum Ecclesiārum illud festum celebrantium. Nec tamen per hoc, quod festum Conceptionis celebratur, datur intelligi, quod in sua Conceptione fuerit sancta, sed quia quo tempore sanctificata fuit, ignoratur; celebratur festū sanctificationis eius potius, quam Conceptionis ipsius.*

*I* II. S. Bonavent. in 3. dist. 3. art. 1. q. 1. *Potest,* inquit, *esse quod S. Anna illa solēnitas potius referatur ad diem sanctificationis, quam Conceptionis, & quoniā dies Conceptionis fuit certa, & dies sanctificationis incerta, ideo non irrationabiliter solemnitas dici sanctificationis statui potuit in diem Conceptionis. Nec immerito, quia quoniā Conceptionis die non oporteat celeb[ari] pro eo quod non fuit sanctitas in concepto, possunt tamen irreprehensibiliter gaudere sancta anima pro eo, quod tunc inchoatū est. Et infra. Si filius Regis claudis nascatur, si à claudicatione processu temporis sit liberatus, non est de claudicatione dolendus, sed potius de Natiuitate gaudendus. Per hunc modum sequit[ur] in die Conceptionis solēnitat[er], attendens magis sanctificationem futuram, quam Conceptionem presentem, non videtur dignus redargui. & ideo dixi, quod tales nec vituperare audeo, nec laudare. Et infra. Quod si aliquis obijciat, aliorum sanctorum conceptiones nō esse celebres propter sequenzia*

sequentes sanctificationes, poterit ei dici, quod alij sancti pro malo non habebunt, si aliquis honor specialis Matri Domini tribuatur: quoniam sanctificationis ipsius magnitudo & acceleratio ceteras antecellit. Hac tenus S. Bonaventura, qui Conceptionem B. Mariae celebrates propterea excusat, quia nimis respiciunt eximiam, & celerem eius sanctificationem, postquam originali concepta est.

**Vdalric.** Vdalrus apud Carthusianum in 3. dist. 3. quæst. 1. Aliqui, 12 inquit, celebrant Conceptionem, non secundum se quoniam fuit in peccato, sed ratione sanctificationis sibi è vicino adiuncta.

**Bandelus.** Venio ad alios, qui postquam Sextus 4. festum Cōceptionis invniuersa Ecclesia celebrati statuit, nihilominus existimarent, B. Mariam fuisse Conceptam in peccato originali. Et quidem eorum ante signanus est. Vincentius de Bādēlis, & Castro nouo ordinis Prædicatorum, qui in suo tract. relat. ca. 1. par. 2. ad 10. rationem, distinguit duplicum Cōceptionem B. Mariae, vnam carnalem, quando scilicet seminis in utero comprehensio facta est, & deinde formatū corpus, atque anima rationali informatū: alteram spiritualem, quādo nimis sanctificata est, & incipit vivere Deo virā gratię. Affirmat ego non celebrari ab Ecclesia priorē Cōceptionē: quia fuit in peccato, sed solūm posteriorē. Subdit verò si quis adhuc contēdat celebrari festū Cōceptionis in priori sensu, id esse intelligendum sicut S. Bonavent. cuius Doctrinam, & exēplum supra à nobis relatum afferat. Addit etiā aliud exemplum ex Aegidio Romano. *Sicut enim*, inquit, *filius Regis primogenitus defertur excellentior honor, quam alijs filijs, non ratione dignitatis, quam tunc habeat, sed quia ius habet ad regnum, in cuius Throno debet: ita Virgini Maria, cum concipitur defertur honor celebratiōnē quia tunc fuerit sancta, sed quia proxime sanc̄ificanda erat praeclētissimo gradu sanctitatis.* Denique addit Vincen̄tius, festum istud, quod Ecclesia celebrat, potius esse gratia rum actionis, quam Cōceptionis, agit nimis Ecclesia gratias Deo, quod puerla recens Concepta decoranda sit post tot, tamque præclaris gratiarum ornamenti.

**Caietan.** Ad Vincentium adjungi potest Caietanus in opusculo de 14 Cōceptione cap. 5. dicens: Festum conceptionis celebrari ratione sanctificationis in utero matris Beatae Mariæ, siue illa fuerit præseruando ab originali, siue dolēdo illud postquam contrastum est.

## S E C T I O . III.

Perspicue demonstratur ab Ecclesia Catholica celebrari festum Cōceptionis Beatae Mariæ, quatenus significat immunitatem, seu præservationem illius à peccato originali.

**M** ihis sanè adeo manifestum, & euidens videtur ab Ecclesia celebrari festum conceptionis, quatenus significat, Dei genitricem præseruatam fuisse ab originali peccato, quod ceteri homines incurrimus in conceptione carnali, vt non possim non valde mirari, non dico Vincen̄tium ingeniosum, & si in hac parte minus sobrium Theologum, sed etiam alios minoris notarum, qui oppositum sibi persuadere, aut certe verbis affirmare potuerunt. Et quidē Sancti Thomas, & S. Bonaventura Ecclesiaz clarissima lumina, non miror ita sensisse: quia scriperunt antequā Sextus IIII, ederet suas Constitutiones, & quando Ecclesia Romana festum Cōceptionis non celebrabat. Nūc verò ita perspicua est summorum Pontificum, & Ecclesiæ totius intentionis, vt Franciscus de Pitaganis Minorita, & in signis auctor in 3. dist. 3. quæst. 1. à 5. pag. 140. erroris notam inuocat assertione affirmantium celebrari ab Ecclesia folam conceptionem spiritualem Beat. Mariæ, & alij docti Theologi putent esse temerariam. Quamquam ego à censuris abstinentiū duco, contentus demonstrationibus, quibus euidenter probatur, celebrari ab Ecclesia immunitatem Virginis à culpa originali.

**Pitigia.** **6.** Sit ergo prima demonstratio desumpta ab Extrauaganti Graue nimis, prout habetur in editione correcta Gregoriana & in alijs plerisque. Etenim in hac Constitutione illud affirmat Sextus 4. celebrari ab Ecclesia Romana, quod non nulli audaces prædicatores, quorum ibi meminit, reprehendebant, & condēnabant: sed illi prædicatores solūm reprehendebāt, & condēnabant assertiōnē immunitatis, & præservationis B. Mariæ à peccato originali. Ergo assertiōnē immunitatis & præservationis B. Mariæ à pec. originali affirmat Sextus 4. celebrari ab Eccl. Romana. Cōsequentia est euidēs, et minor nō min' manifesta. Primō, quia nec illi cōcio-natores nec alius Catholicorū reprehendit, aut damnavit

Conceptionem spiritualē, seu sanctificationem, præsertim à tempore Sixti 4. & multis retro s̄eculis,<sup>1</sup> in quibus iā erat certissimum Dei genitricem fuisse in vtero matris suā sanctificatam. Secundō quia prædicti concionatores dānabāt, quod alij eodem tempore constanter affirmabant, hoc autē ne solū erat præseratio ab originali, & hac fuit occasio diſsidij, quod inter illos extitisse certum est. Maior ergo seu prima propositio syllogismi probatur verbis ipsius Extrauagantis. *Sancte cūm sancta Romana Ecclesia de intemerata, semperq; Virginis Marię Cōceptione publicē festū solēniter celebraret, & speciale ac propriū super hoc officiū ordinauerit, nonnulli, ut accepi mne, diuersorū ordinū prædicatores in suis sermonib⁹ ad populi publīcē per diuersas ciuitates et terras affirmare habebus non erubuerūt, omnes illos, qui tenebant, ut afferunt, eādem glorioſissimā, & immaculatā Dei genitricem absq; originalis peccati macula fuisse conceptū morta liter peccare, vel esse hæreticos, eiusdem immaculata Conceptionis officiū celebrantes. Quā verba sunt adeo expresa, vt non indigat cōmentario. Et statim subdit Pontifex prædictas propositiones esse falsas, erroneas, & à veritate penitus alienas.*

Confirmatur, quia nemo dixit, esse hæreticos illos, qui 17. celebrant officium Conceptionis spiritualis seu sanctificationis B. Mariae, aut qui in die generationis eius latentur, vel gratias agunt Deo, quia genita est felicissima virgo, que citissime sanctificanda erat, & postea Deum conceptuaria. Sed Pontifex in prædicta Extrauag. refert, prædictos concionatores affirmavisse esse hæreticos illos, qui celebrant officium immaculatae Conceptionis. Ergo euidentissimum est, officium & festum Conceptionis, de quo ibi loquitur Sextus 5. non esse solius Conceptionis spiritualis, aut ratio ne sanctificationis institutum, sed immunitatis, & præseruationis à peccato originali.

Secunda demonstratio, ac veluti noua præcedentis confirmatione in hunc modum confici potest. Festum Conceptionis celebratur ab Ecclesia in eo sensu, in quo Concilium Tridentinum declarat celebrari. Sed Concilium Tridentinum declarat celebrari, quatenus significat immunitatē, & præseruationem à culpa originali. Ergo in hoc sensu celebratur ab Ecclesia. Cōsequēntia est euidentis. Maiorē nemo erit tā proterus, qui negare audeat: quia nemo præsumet, melius ab ipso intelligi mentē Ecclesię, quām ab ecumeni

ca Synodo authoritate Spiritus S. cōgregata, & à summo Pōtifice confirmata. Minor ergo probatur, quia in Ses. 5. post quam egerat de peccato originali, & transuſione eius in posteros Adami, sic subdit. *Declarat sancta Sy nodus non esse sue intentionis comprehendere in hoc decreto, vbi de peccato originali agitur, beatam, & immaculatam Virginem Mariam Dei genitricem: sed obseruandas esse constitutiones faticis recordationis Sixti IIII. sub pānis in eis constitutionibus contentis, quas innouat. Ex quibus verbis euidenter infertur, primō Tridentinum sensisse Sixti. IIII. in suis constitutionibus agere de Cōceptione, quatenus signifiat præseruationem ab originali peccato: nā alioqui in pte fieret mentio de illis, quando Synodus affirmat non esse sue intentionis comprehendere Beatam Mariam in decreto, vbi agitur de peccato originali. Secundō infertur, in nouari à Tridentino prædictas Sixti IIII. constitutiones, ac proinde ipsum velle, & præcipere, ut obseretur, quod illis continetur, & propter rationem ibidem contentā: sed Pontifex ibi hortatur fideles ad celebrandam immunitatē Beatę Virginis ab originali, & præcipit, ne aliquis damnet hoc festum celebrantes: Ergo id ipsum præcipitor à Tridētino. Mens igitur illius fuit, festum conceptionis, quod celebratur in Ecclesia, institutum esse pro præseruatione Dei genitricis ab originali.*

Tertiō probatur authoritate eiusdem Extrauag. *Crauenīmis, prout refertur in lib. qui inscribitur: Monumenta Ordinis Minorum. Sic enim inter alia. Nonnulli diuersorum ordinum professores publicē affirmare habebus non erubuerunt, & quotidie predicare non cessant: Romanam Ecclesiam solam spiritualē Conceptionem, seu sanctificationem Virginis Mariae celebrare. Et postea subdit. Nos igitur huiusmodi temerarij auctoribus, & peruersis assertionebus obuiare volentes, motu proprio, & de nostra mera deliberatione, huiusmodi assertiones quorūlibet, qui affirmare præsumerent, eandē Romanam Ecclesiam de spirituali dumtaxat conceptione, & sanctificatione eiusdem Virginis glorijs festum celebrare, &c. vt potē falsas, & erroneas, ac à veritate alienas auctoritatate Apostolica reprobamus & dānam⁹, & statuim⁹, & ordinamus, quod quicunq; qui de cetero aū si temerario præsumperint affirmare huiusmodi per nos sic reprobatas, & dānatas assertiones veras esse, postquam de præsentibus sc̄ientiam habuerint, excōmunicationis sententiā, & aeterna maledictione panam co ipso incurvant.*

Nec obstat hæc Extraug: non esse insertam corpori Iuris. 20  
 quoad illa verba, *De spirituali Cœceptione seu sanctificatione*, quia  
 nihilominus magnam habet auctoritatē, nec potest pruden-  
 ter ei fides negari: primo, quia vt disimus, sic legitur in p̄  
 dicto libro Monumentorum ordinis S. Frâcisci, qui antiquita-  
 te & fidelite cōmendatur. Secundò, quia Emanue Rodriguez in suo Bullario sic refert p̄dictā cōstitutionē Sixti 4.  
 inter multas alias Bullas: nemo autē negabit, tā docto, & re-  
 ligioso viro deberi fidē, alioqui nec cæteræ bullæ, quas re-  
 fert, authenticè censebuntur. Tertiò, quia Ioannes Baptista  
 Confessus Protonot: Apostolicus in li. qui inscribitur, *Col-  
 legio priuilegiū sacerorum ordinis*, & dicatus est Clementi 8. re-  
 fert eandē Cōstitutionē cū eadem clausula. Quare vel ne-  
 ganda est fides ònibus priuilegijs en eo lib. contētis, quod  
 nemo prudēs dicere audebit; vel habēda est fides huic con-  
 stitutioni, prout ab illo refertur, quod nos cōtendimus. Pre-  
 ter quām quod Nuntius Apost. Florent. diligenter conferri  
 iussit omnia, quæ in p̄dicto libro continetur, & sua autho-  
 ritate munivit, *Vt omnibus & singulis priuilegijs, indultis, & de-  
 cretis in præsenti collectione impressis plena, & indubia fides vbiq; in  
 iudicio & extra, etiā in foro cōscientia adhiberi posse, & adhibeatur.*  
 Hac enim omnia sunt verba literarum testimonialiū, quas  
 dedit p̄dictus nuntius anno 1598. die 28. Martij, vt vide-  
 ri potest in p̄dicto lib. pag. 253. Sed obijcies, p̄dictam 21  
 Extraug. quæ habetur in Monumētis ordinum, editâ suis  
 anno Dñi 1481. alterā verō quæ inserta est corpori Iuris edi-  
 tā anno 1483. Menſe Septēbri: vnde cum in hac posteriori  
 nō habeatur illa clausula. spe & tās ad cōceptionē spiritualē,  
 videri priorē fuisse iam correctā seu reuocatā. Ref. id nulla  
 tenus dici posse. Primō, quia in hac posteriori nulla fit mē-  
 tio prioris, nec aliquid asseritur priori contrariū; sola autē  
 omisso aliquorū verborū non est correō, vel reuocatio,  
 vt patet ex itilo Constitutionū Apostolicarū. Secundō, quia  
 Pontifices non excusant in vna constitutione, quod in alte-  
 ra prius dānauerant, quando circumstantiae sunt eadē: sed in  
 negocio Conceptionis non fuerint postea nouæ circumstan-  
 tia, nisi forte in favorē immunitatis B. Mariae ab originali.  
 Ergo non est credibile, Pontificem postea non dānas Dō-  
 cētrinam negantium celebrari ab Ecclesia p̄dictam immu-  
 nitatem, cum antea damnavisset.

Dices;

Dices. Cur ergo in posteriori Cōstitutione p̄dictā clau-  
 sulā non posuit? Ref. id fortasse factū fuisse, quia necessariū  
 non erat ponī, cūm ex dictis constet, euīdēs esse in constitu-  
 tione Sixti, quæ inferra est corpori Iuris, adstrui celeritate  
 cōceptionis non spiritualis tantū, sed corporalis etiā, &  
 immunitatis ab originali. Et fortasse postularunt ali-  
 qui Seclatores sententię affirmantis B. Mariā fuisse concep-  
 tā in originali, ne ita clare dānatur, quod nonnulli graues  
 doctores affirmaverāt ante Sextum m. 4. vt patet ex ijs, quæ de  
 S. Thoma. & S. Bonauen. in 2. seft, dicebamus.

## S E C T I O. IIII.

Quām efficax argumentum pro immaculata Conceptione desumatur ex  
 Doctrina Sectionis p̄cedentis.

33. **E**X Dicis in p̄cedēti Sectione desumitur tertiu, & qui  
 dē latiſ efficax argumentū, quo probetur B. Mariā fuisse  
 preseruatā à peccato originali, & in hūc modū formari  
 potest: *Quidquid publico, & solēni ritu celebrat Ecclesia catholica, non potest esse falsum; sed Ecclesia catholica publico, & solēni ritu celebrat, B. Mariā fuisse preseruatam à peccato originali.* Ergo B. Mariā fuisse preseruatam à peccato originali, non potest esse falsum. Ergo verū el fuisse immu-  
 nē ab originali. Vtraq; cōsequētia euīdens est. Minor satis  
 probata in seft. p̄cedentī. Maior ergo probatū primō au-  
 thoritate sanctorū Patrū, qui disserū testifit B. Mariā, quā  
 do nata est, fuisse sanctā, quia Ecclesia celebrat publico, &  
 solēni ritu nativitatem sanctā illius, & Ecclesia in eiusmodi  
 rebus decipi nō potest. Vnde S. Illeph. in li. cōtra disputatē *Illefonf.*  
 de perpetua Virginitate S. Mariæ, qui habetur to. 9. Biblio-  
 thece nouę, probat B. V. fuisse sanctificatā in vtero, quia Ec-  
 clesia celebrat nativitatem illius. Ets. Bernard. epif. 175. *Fuit,* Bernard.  
 inquit, *proculdubio & mater Dñi amē S. quām nata, nec fallitur omni-  
 no Ecclesia S. sanctū reputat ijs sum nativitatis eius diē, & omni anno  
 cū exultatione terra votiva celebrationē suscipit.* Et Serm. 2. de Af-  
 sump. Minus, inquit, à Hieremias sanctificatā in vtero credere, prohibet  
 pietas Christiana, hæc enim fessis laudib; naīcēs celebratur. Vbi S.  
 Pater ex eo, quod Ecclesia honoret nativitatem Mariæ, infert  
 pietate Christiana prohiberi non credere sanctam fuisse  
 eius

eius Nativitatem. Sanctus etiam Thomas 3. par. q. 27. art. 1.  
S. Thom. in arg. Sed contra. Ecclesia, inquit, celebrat nativitatem beatæ  
Virginis, non autem celebratur festum in ecclesia, nisi pro aliquo san-  
cto. Ergo beatæ virgo in sua nativitate fuit sancta. Notanda quoq;  
sunt verba S. Bonaventura relata à Carthusiano in 3. dist.  
Bonauent. 3. q. 1. Statuta, inquit, vniuersalis Ecclesia de celebritatibus sancto-  
rum, omnia sunt fundata super sanctitatem, ut nullo die pro aliquo san-  
cto celebrari, in quo, vel pro quo non fuerit aliqua sancta persona, cui  
ille honor defertur.

Ex quo desumitur secunda probatio. Maioris: etenim nul-  
lo die festum celebrat Ecclesia vniuersalis, nisi quia aliquid  
sanctum accidit in eo. Ergo cum in die Cōceptionis festum  
celebret vniuersalis Ecclesia, credendum omnino est, ali-  
quid sanctum in eo accidisse. Hoc autē nō potest esse aliud,  
quam quod B. Maria, cum concepta est, fuerit decorata do-  
no cœlestis gratiæ, quæ culpam originalem nō compatitur.  
Atcedens inductione fieri perspicuum vniuersalium; ita vt etiā  
auctores partis contraria non audeant affirmare ab Eccle-  
sia celebrari Conceptionem B. Mariae nisi in ordine ad san-  
ctificationem: quia nimis verissimum putat, nullum fe-  
stum celebrari nisi propter aliquid sanctum, cuius memo-  
ria recolitur. Cum ergo ex supradictis manifestum sit ab  
Ecclesia celebrari festum Conceptionis, prout significat im-  
munitatem ab originali, re vera negare non poterunt, eam  
fuisse sanctam, ac proinde culpæ originalis ex pertenti pri-  
mo instanti Conceptionis.

Tertiō probatur eadem maior, quia quidquid multū de-  
rogat autoritatibz vniuersalis Ecclesie, non est asserendum.  
Sed celebrare aliquid falsum, multum derogat auctorati Ecclesie: Ergo ab Ecclesia celebrari aliquid falsum non  
est asserendum. Consequentia est evidens: maior omnino  
perspicua, quia cum nulla sit, aut fuerit in terris congrega-  
tio hominum tam sapiens, tam sancta, tam grauis quam Ec-  
clesia, quidquid multum derogaret auctorati illius, mul-  
tum certè deprimerebat eius sapientiam, sanctitatem, & gra-  
uitatem, quod cederet in non leuem iniuriam illius, & Spi-  
ritus sancti, à quo gubernatur. Minor probatur, quia der-  
ogaret eius sapientia, cum deciperetur celebrans, quod ce-  
lebratione dignum non est: derogaret etiam eius sanctitati,  
cum exhiberet religiosum cultum rei, quæ sanctitatis  
incapax est: derogaret deniq; illius grauitati, ad quam spe-  
cificat falsis rumoribus non moueri.

**26** Confirmatur primò. Quia certissimum est, Ecclesia er-  
rare non posse in canonizatione sanctorum: cuius veritatis  
principia ratio est, quia proponit, seu exhibet publico, & so-  
lenni ritu venerandum hominem, quem sanctorum numero  
adscribit; & multum derogaret auctorati illius, si cole-  
ret pio, & religioso cultu illū, quid ad inferos detrusus est,  
ac proinde dignus vituperio sempiterno. Ergo ob eadē  
rationem errare non poterit in celebrando festo, quod ye-  
eratione dignum non est. Cum ergo solēni ritu colat vni-  
uersalis Ecclesia immunitatem B. Mariæ ab originali pecca-  
to, incredibile omnino est, hanc immunitatem esse quidpiā  
falsum, sive quod re ipsa non acciderit: si enim falsum esset,  
nullo pio cultu celebrari deberet, falsitas enim religiosi  
cultus incapax est.

**27** Confirmatur secundò. Quia indignum omnino est mai-  
estate & auctoritate capitis Ecclesie, indulgentias concede-  
re in honorem alicuius falsitatis: sed caput Ecclesie conces-  
sit indulgentias in honorem immunitatis B. Mariæ à pecca-  
to originali: Ergo non est falsum, sed verissimum, eam fuis-  
se immunitem ab originali. Consequentia est evidens: ma-  
ior patet, quia non foret apta dispensatio thesauri Ecclesie,  
inde quasi extrahere satisfactiōnem Christi Domini, & san-  
ctorum ad honorandam falsitatem. Minor probatur, quia  
Sixtus 4. in Extraug. Cum præexcelsa, concedit recitanti-  
bus officium immaculatę Conceptionis & missam iuxta or-  
dinacionem Leonardi de Nogarolis in festo eius, & per oc-  
tavani, aut qui interfuerint horis canonicas illorum dierū,  
eadem indulgentias, quas in festo corporis Christi conces-  
serant Urbanus 4. Martinus 5. atque alij Pontifices Roma-  
ni. Et nunc (vt certa relatione accepimus) sanctissimus D.  
N. Paulus Papa 5. die 10. Iulij huius anni 1615. concessit  
Indulgentiam recitantibus Antiphonam, quæ incipit, *Hac  
est virga* (de qua multa in ca. 10.) cum suis versiculis & ora-  
tione, vbi expressa mentio fit de immunitate Beat. Mariæ  
ab originali.

S E C T I O . V .  
Proposta dupli obiectione declaratur amplius efficacitas argumenti  
de sumptu ab auctoritate Ecclesie.

**O**bijciet aliquis primò. Si argumentum propositum <sup>fo</sup> 28 ret efficax eo conuinceretur, certissimè esse sententiā, quæ affirmat in B. Maria non fuisse peccatum origina-  
le, ita ut sine temeritate negari non posset. Sed hoc est ab-  
surdum, quia Ecclesia nihil haec tenus definiuit, & liberum  
est vnicuique alterutram contradictionis partem amplecti  
in hac controversia, ut affirmat Ius Quintus in suo motu  
proprio, qui incipit: Super speculam. Ergo prædictum argu-  
mentum non est efficax: cōsēquuntur maioris probatur, quia  
Ecclesiā nō posse errare in ijs, quæ ad mores, & religiosum  
cultū speant, certissimum est; propterea enim in canoni-  
zatione sanctorū errare posse nemo dixerit, nisi temerari.  
Ergo si inde benē inferretur, Ecclesiā nō posse decipi in ce-  
lebrando festo immaculatae conceptionis, foret hæc veritas  
certissima, & quæ sine temeritate negari non posset.

Ex quo desumitur secunda obiectio, nam ut Ecclesia re-  
ligioso cultu celebret aliquod festū, sufficit si probabiliter  
credat, tunc accidisse aliquid sanctū, licet re ipsa id falsum  
sit: ergo ex eo quod Ecclesia celebret immaculatā concep-  
tionē, solum insertur probabilē esse conceptā fuīsc Virgi-  
nē sine peccato originali, licet re ipsa falsum sit. Antecep-  
dens probat, quia religio, ad quā spectat actus celebrati-  
tis fclorum, est virtus moralis, hac autē à prudētia ga-  
bernatur, cuius manus nō est iudicare, quid re ipsa verum  
sit, sed quid fieri oporteat supposita verisimilitudine moti-  
vorum. Sic enim ut virtus misericordiæ eliciat actum volē-  
di elargiri eleemosinam, satis est si verisimile appareat esse  
pauperem illum, cui erogatur: licet re vera pauper non sit,  
quia ea verisimilitudo sufficit, ut prudentia dicat, bonum  
esse elargiri illi eleemosinam. Et ut in hoc speciali altari a-  
doretur hostia, sufficit si verisimile appareat, eam esse ritè  
consecratam, licet re vera consecrata non sit, ut aliquando  
accidisse certum videtur.

Ad rē ergo, ut Ecclesia solēni ritu, & religioso cultu fes-  
tum conceptionis celebret mediāte virtute religionis suf-  
ficit, si probabilit̄ conjectura credat, B. Mariā fuīsc p̄fser-  
uata ab originali, licet id forte falsum sit. Nō ergo aliiquid  
aliud elici potest ex omnibus, quæ longo sermone in hoc  
ca. prosequuti sumus, nisi probabilitas quedā hui⁹ sententię:  
hac autē probabilitatē nemo negauit multis abhinc annis.

Rēsp.

Resp. re vera Ecclesiā decipi nō potuisse in instiādo se  
sto immaculatē Conceptionis, ita ut celerari fecerit, id  
quod falsum sit: sed huic sue institutioni nō tribuendā esse  
ā nobis maiorē auctoritatē, seu firmitudinē, quām eā, quæ  
ab ipsa Ecclesia tribuitur, sicut nec minorē. Etenim in cano-  
nizatione sanctorū, & alijs similibus ita interponit Ecclesia  
suā auctoritatē, ut nulli relinquat potestatē aliter sentiēdi-  
& propterea certissimum est, ita esse sicut Ecclesia declara-  
vit: atverō in festo cōceptionis interponit auctoritatē suā,  
sed tamē ita ut relinquat facultatē liberā negādi immuni-  
tatē ab originali: & ideo ex institutione prædicti festi non  
colligunt omnimoda certitudo huius immanitatis, colligi-  
tur tamē tāta, quāta est cōpatibilis cū eo, quod Ecclesia ip-  
sa alioquin declarat, scilicet sine hæresi, & peccato lethali  
posse defendi oppositū, & liberū esse vnicuiq; sentire B.M.  
fuīsc in originali conceptā: cū quo tamē optimē cohārer,  
hāc partē, quā nos tuemur, esse verisimilē & multū deroga-  
tur iuri authoritati Ecclesiæ, si in celeratione cōceptionis  
deciperetur: ex quo patet ad primam obiectiōnem.

Ad 2. verō rēsp. negando antecedens, & ad probationē  
32 dicitur, licet religionis virtus gubernetur a prudētia, cui⁹  
minus est dictare aliquid esse licitū, supposita verisimilitu-  
dine, quæ apparet; nihilominus peculiares actus virtutis re-  
ligionis plus exigunt. Sic enim ut religioso cultu sanctū vi-  
rū publicē veneremur, necessaria sunt motina ita certa, ut  
falsum illis subesse nō possit: quia ad authoritatē Ecclesiæ  
proponētis publicē sanctū venerādū spectat, ne ullo modo  
decipiatur. Sic ergo ut Ecclesia solemini ritu celebrari fa-  
ciat conceptionem, necesse est, motua esse ita efficacia, ut  
falsum subesse nō possit illis, quāuis certitudo tanta nō sit,  
ut non liceat contraria partem tueri. Ex quibus patet  
discrimen inter exempla, que in obiectione afferantur,  
& rem, de qua dispontauimus: etenim elargitio eleemosynæ  
est actus virtutis, qui sine solemini Ecclesiæ approba-  
tione exercetur in casib⁹ particularib⁹, & similiiter a-  
doratio huius, vel illius hostiæ determinata, non, fit ex  
peculiarī statuto Ecclesiæ, sed ex generali, quo præcipi-  
mar, hostiæ rite consecratam ybiciūque sit, adorare: &  
ideo mirum non est, si dicitur prudētia huic paupe-  
ri aliquam erogandam eleemosynam, & huic hostiæ de-  
seren-

ferendam adorationem, quamvis interdum possit subesse falso. At vero celebritas immaculata conceptionis publica est, & solemnis ritus praecepit Ecclesia, colihoc festum in speciali. Vnde ad eius autoritatem omnino spectat, ut religionis virtus ad eum cultum deferendum non inclinet, nisi posita efficacitate motiuorum, quibus peculiarissimè confidamus falso subesse posse, quamvis omnimoda certitudo adhuc desideretur.

## CAP. VIII.

## Argumentum Quartum pro immaculata Conceptione ex Concilijs Generalibus.

**E**X quatuor Generalibus Concilijs afferri meritò possunt testimonia pro immaculata conceptione Virginis

*Mariae.* Imprimis ex Concilio Ephesino, quod fuit Secundum Generale, in cuius tomo. 6. & 7. Magnus ille Proclus Archiepiscopus Constantiopolitanus: *Sancta*, inquit, *Deipara Maria impolluta, & pura illa virginitatis thefaurus.* Vbi enim absolute Deiparam appellat impollutam, & puram, inuit, immunem fuisse ab originali peccato, quod absolute polluit, & impuram animam reddit. Et sane quę virginitatis thefaurus erat, praeservari debuit à corruptione peccati originalis, quod virginitati oppositum peculiari ratione videtur: nec enim ab re Sacra Scriptura Gene. 3. Cū primu parentes nostri peccauerunt, commemorat, eos vidisse nuditatem suam, id est, expertos fuisse carnis rebellionem, & inordinatam concupiscentiam oppositam virginitati, quippe qui in pœnam inobedientia, qua Deo noluerunt esse libici, pati coeperunt inobedientiam carnis, quę maximè eluet in appetitu Luxurie.

*Conciliū Constantiopolit.* Deinde Sextum Concilium Generale Constantinopoli celebratum in actione duodecima approbat grauissimam Epistolam Sophronij Patriarchę, quæ lecta fuerat in actio- ne vndecima, vbi inter alia sic habetur. *Maria liberata est ab omni contagio, sive (ut alijs legunt) ab omni labe corporis, & anime.* Quia sane verba immunitatem ab originali peccato satisfi significant, hoc enim purissimè est contagium, seu labes animæ. Nec dici potest liberatam esse, id est, mundatam ab hoc peccato, postquam illud contraxit: tum quia ea non es- set

set eximia laus Deipara virginis, cum de omni infante baptizato dicatur: tum maximè quia à contagio aliorum peccatorum nou dicitur liberata, quia postquam illis infecta erat, mundata fuit: alioqui peccauisset actualiter Beata Maria, quod est hereticum; sed quia nunquam habuit actuale peccatum. Cum ergo eisdem verbis testetur Sophronius, liberaeam fuisse ab omni labe, planè sentit, non habuisse la- bem originalem.

Tertium Concilium Generale est Basiliense, quod in ses.

**3.** *Nos, inquit, diligenter inspectis authoritatibus, & rationibus, doctrinam illam differentem, gloriosan Virginem Dei genitricem Mariam immunem semper fuisse ab omni originali, & actuali culpa, sanctam, & immaculatam definimus, & declaramus.* Ego quidē fateor, Concilium istud reprobatum esse ab Ecclesia, & à Concilio Lateran. sub Leone X. in ses. 11. appellari Conciliabulum. Sed tamen tota reprobationis causa fuit, quia in ses. 2. statuit falso dogma, scilicet Concilium Generale esse supra Papam, & ea potestate sibi falso assumpta in ses. 34. depo- fuit Eugenium, qui verus Pontifex erat, & ita cū decreto hoc Conceptionis edidit in sessione 36. non erat Syno- dus legitima.

**4.** Nihilominus nō propterea caret autoritate in alijs dog- matibus, quę cum predicto non habent connexionem, ut re- vera non habet decretum istud immaculatę Conceptionis. Etenim in ea Synodo conuenerunt multi viri sapiētes, qui diligenter perpendebant testimonia Scripturae, & Patrum, necnon, & momenta rationum, quibus nituntur, qui dixerunt, Beatam Mariam conceptam fuisse in peccato, & cū illis non obstantibus adhuc definierine partem oppositam, credibile satis reddiderunt, nihil esse quod urgeat contra sententiam, quam vniuersa ferē Ecclesia iam amplexitur, ac proinde eam esse pietati, & veritati multo magis con- sentaneam, licet non omnino certam, quia Synodus non confirmata à Papa, immo illius autoritati contraria non potest firmè veritatis decretū stabilire, ut in materia de Fide tract. 10. ostendebamus.

**5.** Ex quibus patet, excessisse Catharinum in opusculo de Cathi. Conceptione par. 1. pag. 70. in tribuenda authoritate huic Concilio. Quia, inquit, legitimum erat ab initio, & quia Pontifices non reclamarunt, & reclamare debuissent, si hoc dogma immacu- latę

*Lata conceptionis ab illo stabilitum falso est, maxime cum viderent à multis fuisse receptum: itaque dum tacuerunt, nisi sunt eam definitio[n]em approbasse. Excessitque (inquam) Catharinus, quia licet non exiguae autoritatis sit, propter tot doctissimorum, & grauius imorum hominum cōsensum, nihilominus in eo deficit, quod iam non erat legitimū Concilium, cū Eugeniu[m] Papam depositisset. Et licet in speciali contra definitionem huius sessionis trigesimē sextē non reclamauerint Pontifices: quia doctrina illa saltem est verisimilis, & pia, satis tamen derogatum est a Leone Decimo authoritate Concilij Basileensis, dum illud in Synodo Lateranensi sess. 11. absolutē reprobatur, & Conciliabulum appellat, saltem à tempore, quo Eugenium depositus. Vnde ex tacitura Pontificum non potest colligi, eos prædictam definitio[n]em approbasse.*

**Trident.** Quartum Cōcilium Generale est Tridentinū, quod cum 6 in sess. 5. ex professo egisset de peccato originali, & eius ab Adamo ad posteros generali trāsfusione, huc subdit, *Declarat tamen h[oc] ipsa sancta Synodus, non esse suā intentionis comprehēdere in hoc decreto, r[ati]o[n]e peccato originali agitur, B[ea]tā & immaculatā Virginē Mariā Dei genitricem sed obseruādas esse constitutio[n]es fœlicis recordationis Sixti Papa IIII. &c. Ex quibus sanè verbis nō leue argumēti peti potest pro immaculata cōceptione. Im primis, quia cū hoc Concilio ab Spiritu Sancto gubernatū diligenter expendisset testimonia Scripturæ, & Patrum, in quibus assertur peccatum originale deriuari ad posteros Adami, nihil in eis reperit, quod conueniret fateri, ad Virginem quoque fuisse deriuatum: sensit ergo omnia explicari posse, ac proinde non esse cur authores oppositæ sententiaz nonnulli tam asperanter dicant, omnium, aut serē omnium Patrum doctrinam fuisse, Beatam Virginem Mariam in peccato conceptam esse. Si enim omnes ferē Patres ita sensissent, id certe perfexisset Occumenica Synodus, in Spiritu Sancto congregata, & si perspexit, conformaretur illis, sicut in alijs decretis conformatur. Nanquam enim Concilia generalia non approbant, quod à communisententia Patrum vident approbatum. Deinde quia multo maioris autoritatis est Concilium Generale à Summo Pontifice confirmatum, quām quilibet ex sanctis Patribus, aut Doctribus. Ergo multo melius facit, qui se con-*

*format intentioni Concilij, quām cuiuslibet Patriis, aut Doctribus: sed Concilium affirmat non esse suā intentionis, comprehendere Beatam Mariam in decreto de Peccato originali. Ergo multo melius, & sapientius faciunt, qui hoc ipsum affirmat, quām authores, qui post hoc Cōciliū decretum intendunt, comprehendere Beatam Mariam sub decreto peccati originalis.*

**7** *Respondebit aliquis, Concilium ideo dixisse, non esse suę intentionis comprehendere B. Mariā in hoc decreto, quia si intentionē haberet comprehendendi, eo ipso decer[eret], B. virginē non esse conceptam in originali, & consequenter foret veritas definita, de qua dubitare nō licet. Quarē dum dixit, non esse suā intentionis, perinde est, ac si dixisset, nolle se eā partē definire, sed relinquere sub dubio, sicut erat antea, quo certè nihil firmitudinis addidit sententia assertorium B. Mariā fuisse ab originali præseruatā. At verō Doctores, qui modo sentiūt non fuisse præseruatā, nullatenus suā sententiā definitiūt, cum definiendi authoritatem non habeāt, & propterea non dissentiant a Concilio, quamvis præseruationem Virginis negent.*

*Sed hēc solutio non eleuat argumēti nostri efficacitātē, nā Concilium eo ipso, quod non habuerit intentionē comprehendēdi B. Mariā in Generali decreto de trāsfusione originalis, nec etiā habuit intentionē comprehendendi eam in testimonijs Sacra Scripturæ, & Patrum, quā generalem, hanc transfigurationē testantur. At verō qui modō docent virginē incurrisse peccatum originale, intendunt eam cōprehēdi in generalibus Scripturæ, & Patrum testimonijs, ac prōinde diuersam, imò contraria intentionem habent.*

*Nec verum est nihil firmitudinis à Concilio additum sententiaz affirmanti virginis immunitatē, addidit enim melius, dūm denq[ue] expendens testimonia Scripturæ, & Patrum, adhuc fatetur, nihil se invenisse, quod cogat credere virginē incurrisse peccatum. Et præterea dum ianouat constitutio[n]es Sixti IIII. hortatur consequenter fidèles ad Conceptionē immaculatā celebrandā, & denq[ue] statuit, quod Sextus præcepérat. Quarē sicut certi est Sextum 4. magis fuisse sententia de immunitate B. Mariæ, quām oppositæ parti, ut ex supradictis constat, & infra magis patet, ita certum videri debet multo magis fuisse Tridentinum.*

**Argumentum Quintum proimmaculata Conceptione ex Decretis summorum Pontificum:**

**Q**VINTVM, & non parum efficax argumentum in hunc modum formari potest. Illa sententia censeri debet vera, cuius veritati multum fauunt Summi Pontifices in Decretis, & priuilegijs, quæ ab illis, quatenus sunt Vicarij Christi Domini, emanarunt: sed veritati sententiæ affirmantis immaculatam Conceptionem multum fauunt Summi Pontifices in Decretis, & priuilegijs, quæ ab illis, in quantum sunt Vicarij Christi Domini, emanarunt: ergo ea sententia censeri debet vera. Consequentia est euidens. Maior patet: quia Vicarius Christi Domini habet clauem scientiæ in Ecclesia Catholica, ut in ijs, quæ ad religionem spectant, declarent infallibili certitudine veritatem, dum loquitur ut caput Ecclesiæ, seu tanquam Vicarius Christi Domini. Ergo quando multum fauet alicui sententiæ ad religionem spectanti, eo ipso præbet non leue indicium veritatis.

**Sixt. 4.** Minor probatur primò. Quia Sixtus III. in Extrauagati, Cùm præexcelsa; hortatur omnes fideles, ut festum im- maculatae Conceptionis celebrent, approbatque officium pro ea celebritate: & indulgentias celebrantibus concedit, ut supra dictum est. Quis autem non videat hunc esse fauorem, & manifestum indictum, quod in eam sententiam Pon- tifex propendeat, & in Extrauagante: Grande nimis, dum nimietatem concionatorum vtriusque partis huius controuersia moderaretur, multò magis fauet afferentibus im- maculatam cōceptionem, quā illam negantibus. Etenim coercere volens immaculatam conceptionem oppugnatores, sic ait. *De nuptiis mercede liberatione*, & certa scientia assertiones predicatorum, & aliorum quorūlibet, qui affirmare presumperent, eos, qui crederent, aut tenerent, eandem Dei genitricem ab originalis peccati macula in sua conceptione preservatam fuisse, propterea alicuius hæresis labore pollutos fore, vel mortaliter peccare; aut huicmodi officium conceptionis celebrantes, seu huicmodi sermones audientes alicuius peccati reatum incurrire, ut potè falsas, aut erroneas, & veritate peritus alienas reprobamus. Et statim infixit pœnas non obediētibus. Cūm vero descendit ad comprimentadam in- miam licentiam eorum, qui maculatam Conceptionem in- pugnan-

pugnabant, solum hæc ait. Item motu, scientia, & auctoritate simili penæ ac censura subiçentes eos, qui ausi fuerint effercere, contrariaz opinionem tenentes, scilicet gloriosam Virginem Mariam cum originali peccato fuisse conceptam, hæresis crimen vel peccatum incurre mortale. Vbi patet, solum damnari à Pontifice eos, qui affuerint esse hæreticos aue lethaliter peccare, tenentes B. Mariam incurrisse originale: prius autem non solum damnaverat eos, qui dicerent esse peccatum mortale, aut hereticum credere B. Mariam non fuisse infestam originali, sed etiam eos, qui alicuius culpa reos esse dicerent celebrantes officium conceptionis, aut audiētes sermones de immaculata Cōceptione. Qui certe fauor est specialis eorum, qui immaculatam conceptionem tuentur.

**3** Secundò probatur eadem minor. Quia Iulius 2. Papa in- stituit, & approbavit ordinem Religiosarum monialium in honorem immaculatae Conceptionis, & in ca. 4. suæ regulae sic habetur. *Pallium sit Hiacintini coloris propter mysticam signi Julianus* ficationem, quia scilicet gloria Virginis anima à creatione sua tota sancta fuit, celestis & singularis aeterni regis Thalamus. Sic refert Fran- ciscus de Pitigianis in 3. dist. 3. q. a. 5. vbi planè asseritur *Pitigia*. conceptam fuisse Virginem absque macula originalis peccati. Alioqui non fuisse tota anima sancta à creatione sua. Cùm ergo Pontifex Religionem approbaret, cuius regula profitetur caruisse Virginem originali, & in huius myste- rii honorem, profecto satis ostendit, se id verum esse sen- tire, alioqui in falsitatis honorem instituisset religionem, quod est contra Papæ auctoritatem.

**4** Tertiò probatur, quia Leo 10. concessit Indulgentiam plenariam dicentibus, vel audiētibus Missam Conceptio- *Leo 10.* nis, & ibi orantibus pro ipso, & pro Ecclesia universali. Sic habetur in Compendio minorum, sicut etiam refertur in Compendio privilegiorum & gratiarum Societatis Iesu. Verbo indulgentia. §. 15. Et nunc Paulus Papa V. conces- fit centum dies Indulgentiæ recitantibus Antiphonam cū Oratione de immaculata Conceptione, vt supra capit. se- ptim. dicebamus. Quis autem non videat multum fauere huic sententiæ Pontifices, qui Indulgentijs donant eos, qui credentes Beat. Mariam fuisse conceptam sine originali, ali- quid recitant in illius honorem.

**5** Quartò probatur, quia Pius Papa V. viue vocis oracu- *Pius. 5.* I lo con-

Io. concessit fratribus sancti Francisci speciale officium conceptionis, in quo disserere assertur, Beat. Mariam fuisse immunem ab originali, & illud approbavit: nec solum recitur ab illis in die Conceptionis, sed etiam singulis sabbatis, non impeditis officio nouem lectionum concessionem est ut immaculatae Conceptionis officium recitent, & ita satisfaciant praecepto recitandi. Idemque ipsum habent fratres sancti Augustini, & moniales. Certè id totum indicat peculiarem Pontificum propensionem in hanc sententiam, & aliquam tacitam approbationem Doctrinæ, quam hic tuemur, & non parum derogaretur illorum autoritati, si falsum esset, quod in Ecclesia peculiari officio à tot Religiosis celebrari concedunt.

## CAP. X.

## Argumentum 6. pro immaculata Conceptione petitum ab authoritate sex Doctorum Ecclesiarum Latinarum:

## SECTIO. I.

## Testimonium sancti Ambrosij.

S. Amb. **I**llustre admodum de immaculata Conceptione testimonium dedit sancti Ambrosius, dum de B. Maria loquens.

**H**ec est, inquit, Virga, in qua nec nodus originalis, nec cortex venialis culpa fuit. Vincentius de Bædelis in suo tract. p. 2. ad 11. rationem multa dicit, ut hoc testimonium infirmet. In primis enim dubitare videtur, ansi sancti Ambrosij, in cuius confirmatione facit, quod in operibus illius diligenter quæ situm est, & non innenitur. Vnde docti recentiores inter multa, quæ ex Patribus afferunt pro immaculata Conceptione, non faciunt de hoc testimonio mentionem. Deinde quoniam prædicta verba in aliquo alicuius doctoris opere legiſſe videtur Bædelis, addit in eodem libro haberit alia verba, quæ videntur significare, B. Mariam contraxisse peccatum originale. **H**ec est, inquit, Virga leſſe, quæ licet in Conceptione originalis peccati amaritudinem contraxerit, rore post modum diuinæ gratiae superrueiente, fructum suauissimum protulit, quia sua dulcedine contum mundum inebriauit. Tertiò respondet sensum prædictorum verbo-

Verborum esse, post sanctificationem, seu ablationem ipsius peccati originalis, nullū fuisse in B. Maria peccatum actualē mortale, quod quidē appellari potest nodus culpæ originalis, sicut nec fuit peccatum veniale, quod cortex potest nūcupari. Quartō resp. nomine nodi originalis appellari actualē concupiscentiam, & nomine corticis significari fomitem peccati, virgo autem nunquam actualē concupiscentiam habuit, fomitem vero post Incarnationem Filii Deus abstulit ab illa.

- 2 Sed hæc omnia non eleuant vim prædicti testimonij, non primum: nam licet modo non reperiatur inter opera S. Ambrosij, saltem quæ ego legerim, omnino tamen credi debet, vel perijſe tractatum, unde desumptum est: Nam ipse li. 2. in Lucam testatur, se scriptis Comentarioſ super Isaiam, qui modo non extant, & ibi veriſsimile est haberi prædicta verba super illud Prophetæ, *Egredietur Virga*, vel certè haberi in officio Ambrosiano, quod recitat in Ecclesia Mediolanensi, & ego non vidi. Quod autem credendum omnino fit, hac verba esse S. Ambrosij, probatur primò, quia in Breuiario Romano edito Lugduni anno 1544. cum priui legio summi Pontificis, & Regis Galliæ in 3. lectione festi Conceptionis affertur hoc testimonium tanquam à sancto Ambrosio prolatum. Et similiiter citatur in Breuiario Romano de Camera edito Venetijs apud Iuntas, anno Domini 1550. vbi dicitur sermones sanctorum Patrum, qui ibi referantur, collatos esse cum proprijs exemplaribus. Eodē modo refertur ex S. Ambrosio in Breuiario Ecclesiæ Placentie lecta. eiusdem festi Conceptionis. Secundò probatur, quia fratres S. Fráncisci in officio approbato a Pio V. quod illi recitant, afferunt idem testimonium in Antiphonis secundarū vespérarum, nec aliunde potuerunt defunere, quam ex Breuiario Rom. vbi tanquam S. Ambrosij positum est. Cum ergo ex Breuiarijs soleat desumti argumentū pro veritate, valde veriſsimile est alicubi in S. Amb. scriptis hoc testimonium haberit, cur enim falſo illi adſcriberetur in officio ab Ecclesia probato. Secundū quod Vincent. addit, facile refellitur, quia non est credibile ea verba reperiiri in illo metu tract. S. Ambrosij, ne tā cito credatur, sapiētissimū Patrē ſibi cōtra dicere: verba enim quæ nos retulimus expresa sunt, & ab Ecclesia approbata in favore immaculatae Conceptionis ut
- 3 4

amplius patebit ex dicendis.

Tertium non minus insufficiens est. Primè, quia testimoniū hoc sanct. Ambrosij habetur, vt diximus, in officio cōceptionis approbato ab Ecclesia: certū autem est illud inſtitutum esse ad celebrandum B. Mariam non habuisse originale, vt supra c. 7. latē ostendimus. Quare nisi hoc testimoniū de immunitate Virginis ab originali loqueretur, pa- rum apte ab Ecclesia ad eum finem adduceretur. Secundō, quia Paulus Papa V. concessit centum dies Indulgentia re- citantibus hanc Antiphonam, *Hæc est Virga, &c.* simul cū ora- tione, in qua Conceptio appellatur immaculata, & virgo præseruata ab omni labe. Perspicuum igitur est, propterea huic orationi adiungi prædictam, quia ea verba significant, B. Mariam non habuisse peccatum originale. Tertiō, quia verba S. Ambrosij non reddunt aptum sensum, nisi signifi- cét, in B. Virgine non fuisse culpam originalem. Cur enim peccatum mortale actuale appellabitur nodus peccati ori- ginalis? certé simplex & leniter decurrens verborum sen- sus hic est. B. Maria fuit Virga omnino recta, in qua proinde non fuit culpa originalis, que (vt vidimus disp. 1.) est pri- uatio rectitudinis debita, quæ quasi nodus auferit rectitudi- nem iustitiae: fuit etiam Virga sine cortice, qui operaret in- ternam illius pulchritudinem, sicut cortex operit internū virgæ materialis viorem; proprium enim est culpa venia- lis internam animi pulchritudinem, seu virtutum viorem quodammodo celare, & facere, vt marcescat.

Quartum denique satis refellunt proximè adducta, qui- bus adde primō, impropiam fore locutionem Ambrosij, si concupiscentiam appellaret nodum peccati originalis. Nodus enim est proprius virgæ, non autem peccati. Vnde cum ibi sermo sit de Virga, quod de nodo additur, su- pra illam cadit, non supra peccatum: præpterquam quod non appareat, cur concupiscentia vocari possit nodus pec- cati originalis. Secundō adde, secundūm Bandelum, & ve- ram sanct. Thomā sententiam fomitem fuisse in Beat. Ma- ria vñque ad Conceptionem Christi Domini, licet ligatū. At verò S. Ambrosium absoluē dicere in Beat. Virgine non fuisse corticem culpa venialis; idque sine illa tempo- ris limitatione. Nō ergo cortex significat fomitem: præter quā quod, cur fomes dicetur, potius cortex culpa venia- lis,

Iis, quā mortalis? Maneat ergo perspicuum esse S. Ambro- sij testimonium pro immunitate Virginis ab originali.

### S E C T I O. II. Sancti Hieronymi testimonium.

**N**ON minùs perspicuum, & illustre testimonium pre- buit S. Hieronymus conceptionis immaculata: nam in Breuiario Hispalensi relato cap. 1. secl. 2. in festo *Hieron.* conceptionis, lect. 1. secundū diei. *Quidquid, inquit, in Ma- ria gestum est totum puritas, totum veritas, totum gratias fut.* Quæ verba esse huius sancti Doctoris agnoscit Bandelus, sed nō bene explicat de præseruatione à solo peccato australi: nam si originale contraxisset, nō quicquid in ea gestum est, fuis- set gratia, & puritas vere enim culpa originalis impuritas est, & multò magis contraria gratia, quā peccatumveniale.

Deinde in sermone eiusdem sancti Patris, qui recitatur in secundo nocturno officij frarum Minorum, approbat pro illis, & monialibus in honorem immaculatae Concep- tionis a Pio V. 25. Maij. anno 1569, hæc verba habentur. *Non immorit venire de Libano iubetur, quia Libanus candidatio inter- pretatur: erat enim candidata Maria multis meritorum virutibus, & dealbata nue candior, & ideo immaculata, quia in nullo corrupta.* Certè si originale contraxisset, in aliquo corrupta esset, ni- mirū in culpa, quæ spiritualis animæ corruptio est, & prin- cipium totius corruptionis.

Denique in Commentarijs super Psalmos, declarans il- lud Psalm. 77. *Adduxit eos in mube diei, per nubem ait posse in telligi Beatum Mariam, & pulchrè appellari Diei. Illa enim, inquit, nubes nunquam fuit in tenebris, sed semper in luce.* Cū au- tem constet, sanctum Hieronymum de luce, & tenebris spiritualibus agere, planè docet, nunquam in Beata Maria fuisse peccatum, quod, est tenebræ animæ, sed sem- per gratiam, quæ luz illius est. Non ergo habuit originale, quod est mortale, & gratiam excludit. Scio magnæ quæ- stionis esse, an isti Commentarij sint sancti Hieronymi, sed nihilominus non constat non esse illius: immo Cardina- lis Bellarminius in suo libello, de Scriptoribus Eccelesiasti- cis putat esse sancti Hieronymi istos Commentarios, actos tamen ab aliquo veteri authore, qui vixit anno. 475, ex *Bellar.*

quod patet vel predictum testimonium esse Sanct. Hieronymi, vel si fortasse sit alterius, eum esse paulo recentiorem S. Hieronymo, qui floruit anno 390.

S E C T I O. III.  
Testimonium Beati Augustini.

**I** Vre optimo credunt viri sapientes non pauci, Sanct. Augustinum existimasse, Beat. Virginem præseruatam fuisse non solum ab omni peccato actuali, sed etiam ab originali: nam in tomo. 7.lib. de Natura & Grat. cap. 36. Cum retulisset plures viros & foeminas, in quibus Pelagiana heres contendebat non fuisse peccatum, & inter eos Matrem Domini numerasset, subiecit hæc aurea verba. Excepta itaq; Sancta Virgine Maria, *de qua propter honorem Domini nullam prosus, cum de peccatis igitur, habere volo questionem; inde enim scimus, quod ei plus gratia collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum, que concipere ac parere meruit cum, quem constat nullum habuisse peccatum.* Hac ergo Virgine excepta, si omnes illos sanctos, & sanctas cum hic vinerent, congregare possemus, & interrogare virum effient sine peccato, quid fuisse putamus? una voce clamassent: *Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos scadimus, & veritas in nobis non est.*

Videbitur alicui parum vrgens hoc testimonium: quia S. Augustinus solum agit de peccatis actualibus, de illis nimurum, quæ ceteri sancti, & sanctæ se habere vna voce claramassent, si cum hic vinerent, interrogarentur: in cuius confirmationem facit, quod verba illa, *Si dixerimus, &c. desumpta sunt ex Epist. 1.B. Ioani Apostoli ca. 1.vbi sine dubio proficeruntur de peccatis actualibus;* ut patet ex contextu: Sed vera testimonium est virginissimum: nam licet S. Augustinus predicta verba scriperit occasione peccatorum actualium, quæ in predictis sanctis agnoscet, & in illis fuisse contendebar contra errorem Pelagianum; ipsa tamen generalia sunt, & omne prosus peccatum à Beat. Maria excludunt. Primo quia sine limitatione loquitur, se, cum de peccatis agitur, nullam de Beat. Virgine habere velle qualitatem, ac proinde non solum non sentire, sed nec disputare velle, eam habuisse ullum peccatum. Secundò, quia *ex eo quod fuerit Mater Domini, quem constat nullum habuisse pecca-*

*peccatum, insert, ei collatam fuisse gratiam ad vincendum omni ex parte peccatum; non autem vicisset omni ex parte, si peccatum mortale, quale est originale, habuisset: nec minus infertur ex dignitate Matri Dei immunitas à culpa mortali, quam à veniali; quare qui docet habuisse gratiam ad vincendum veniale, consequenter, & potiori Iure docet, habuisse ad vincendum originale. Tertiò quia libr. 5. contra Julian. capit. 9. cum retulisset sententiam Iuliani ipsiuscolligentis ex sacra Scriptura Christum Dominum non habuisse peccatum (scilicet originale), quia nullum fecit peccatum (fecilicet actualē) subdidit sanctus Pater. *Omnia verisimum est, profecto enim peccatum etiam maior fecisset: si parvulus habuisset: nam propterea nullus est hominum pregrisum, qui peccatum non fecerit grandioris etatis accessu, quia nulus est hominum prater ipsum, qui peccatum non habuerit infantilis etatis exortu.* Ex quibus verbis dilucide patet imprimis de eisdem omnino affirmare Sanct. Augustinum peccatum actuale factum veniale, de quibus affirmat originale scilicet de omnibus præter Christum Dominum. Vnde sicut in loco libri de Natura, & Gratia exceptit Beat. Mariam à lege peccati actualis, ita exceptisse credendus est à lege originalis. Dein de patet Sanct. Doctorem agnoscere peccatum actuale in omnibus, in quibus fuit originale: Cum ergo certum sit, & ab ipso assertum, in Beat. Virgine non fuisse peccatum actuale, omnino credendum est sensisse, præseruatam quoque fuisse à peccato originali.*

**g 2** Accedat etiam alterum testimonium, quod ex Sanct. August. refert Breuiarium Romanum in secunda lectione fehi i Conceptionis. *Magnifica illum, qui te ab omni peccato referuas.* Et infra addit, eam incorruptam fuisse ab omni labore peccati. Et in Breuiario Hispanensi supra relato lect. 3. secundæ diei Conceptionis, *Quis dicere poterit post Deum mundus sum ab omni iniuritate, nisi illa virgo prudentissima.*

S E C T I O. IIII.  
Testimonium Sancti Gregorij.

**13** **F** ateor minus expressè fassere sanct. Gregorium senten. *Gregorij* tię assertiū immaculatā Conceptionē, sed nihilominus in capit. 1. sui libri primi in lib. Reg. declarans illud

*Isaia. 2. Isaia. 2. Erit in nouissimis diebus preparatus mons domus Domini in vertice montium. Egregias B. Mariae laudes scribit, dicens, ea hoc monte significari. M<sup>u</sup>n<sup>s</sup> quippe, inquit, in vertice montium fuit: quia altitudo Mariae supra montes sanctos refulgit. Et paulo superius. An, inquit, non<sup>em</sup> solum sublimis Maria, que ut ad Conceptionem aterni Verbi pertingeret, meritorum verticem supra omnes Angelorum choros, usque ad solium deitatis erexit? &c. Quibus verbis non parum fauet S. Doctori immaculatę Conceptioni. Primum, quia de S. Ioanne Baptista nonnulli authores affirmat, ne venialiter quidem peccasse. Vnde ut Maria in hoc generē supra illam refulget, preferuari debuit etiam ab originali. Secundum, quia Angelos puritate excedit, vnde cum illi nullum habuerint peccatum, B. Virgo nullum debuit habere. Tertiū, quia ad solium deitatis erexitur merita, significare videtur a qualitatē ad Christum Dominum verum Deum habuisse, non absolutam, & omnibus, sed in eo, quod fecit Christus Dominus nullū peccatum habuit, ita nec sanctissima eius Mater, quamvis ille per naturam, ista per gloriam seu ex priuilegio.*

## SECTIO. VI.

*Tesimonia Sancti Thome, & Sancti Bonaventurae.*

**D**ecorati sunt hi duo praecellentissimi Patres insignibus 14. Doctorū Ecclesiā à summis Pontificibus. Quare in hoc capite vbi testimo[n]ijs Doctorum Ecclesie Latinæ probamus immaculatam Virginis Coconceptionem, iure optimo referri debuerunt. Factum est autem, non sine diuino Confilio, vt quamvis ipsi B. Mariam contraxisse originale senserint in locis, quos cap. 4. citauimus, in alijs locis cōtra rium disseritissime teitati sunt, vt eorum quoque autoritate assertione nostra, corroboraretur.

**S. Thom.** S. Thomas ergo in 1. dist. 44. art. 3. ad 3: *Dicendum, inquit, quod paritas attenditur per recessum a contrario, & ideo potest aliquid cretam inueniri, quod nihil purius esse potest in rebus creati, si nulla contagione peccati inquinatum sit, & talis fuit puritas B. Virginis, quae a peccato originali & actuali immunis fuit; fuit tamen sub Deo in quantum erat in ea potentia ad peccandum. Bandelus in 2. par. sui tractus ad 1. responderet S. Thomam solum in his verbis contendere,*

*Beat.*

**Beat.** Mariam in sua sanctificatione fuisse immunen[re] a peccato originali: quia ab illo mundata est, & plenius postea confirmata fuisse hanc immunitatem, quando euecta est ad dignitatem Matris Dei, quia tunc fomes ablatus est. Sed quis non videat manifestissimè esse cōtrariam textui hanc explicationem? Primò, quia affirmat S. Doctor, illud esse maximè parum in rebus creatis, quod nulla peccati contagione inquinatum sit, & talem fuisse puritatem Virginis: at si peccatum originale contraxisset, verē fuisse aliquia contagione peccati inquinata. Secundò, quia absolutē docet, immunem fuisse ab originali, qui vero sentiunt, eam fuisse conceputam in originali, cōtradictoriā propositionem dissertē affirmant, scilicet non fuisse immunem. Tertiū, quia eodem tenore verborū dicit immunem fuisse ab actuali peccato, & ab originali, sed ab actuali docet semper fuisse immunem, ergo & ab originali. Quartū, quia ea tenus solum dicit, B. Mariam fuisse sub Deo (quod ad puritatem attinet) quatenus erat in ea potentia ad peccandum, ergo planè docuit nullum peccatum inquam habuisse sed solum potentiam. Evidentissimum itaque est S. Thomam in hoc loco affirmasse B. Mariam non contraxisse originale. Vne in Breuiario Romano Lugdunī edito, & in Breuiario Hispanensi assertur hoc testimonium Sancti. Thomae pro immaculata Conceptione: nec mirum est postea docuisse contrarium in locis relatis, cap. 4. quia sapientes Magistri, qui multa scripserūt, solum decursu temporis vnā, vel alteram mutare sententiā, conflatq; non solum in hac materia, sed in alia, vel alijs id accidisse S. Thomę. In libris enim sententiarum docuit Christum Dominum ab instanti Incarnationis habuisse scientias per accidens infusas: in 3. vero. part. quæst. 9. & 12. negat eiusmodi scientias per accidens illi infusas, sed potius propri ingenij acumine eas inde cursu temporis acquisuisse.

**17** Venio ad S. Bonaventuram, qui in Serm. 2. de B. Maria, *S. Bonaventura* qui habet tom. 3. pag. 389. *Domina, inquit, nostra fuit plena gratia præueniente in sua sanctificatione, gratia scilicet præseruativa cōtradicutorum originalis culpa, quam contraxisset ex corruptione natura, nisi specialis gratia præmetta, præseruataque fuisse. Solus enim Filius Virginis fuit ab originali culpâ immunis, & ipsa Mater eius virgo. Credendum est enim quod novo sanctificationis genere in eius Conceptione primordio Spiritus Sanctus eam a peccato originali (non quod infinitus sed*

*sed quod infusset) redemit, atq; singulari gratia præseruauit. Nec obstat, Angelum Roccum sacrificiam Apostolici Palatij in margine huius sermonis, & in prefatiuncula preffixa initio huius tertij tomij existimare, hunc sermonem, aut certe partē illius, in qua de conceptione agit, nō esse S. Bonaventurę. Quia id nullo firmo fundamēto nixus probare potest: licet enim in libris Sententiarum dixerit, B. Virginem habuisse originale, potuit mutare fententiam: & licet aliud opus eiusdem sancti Doctoris habeat aliquid supposititiū, ut prædictus author contendit, non propterea sermo iste vi-tiatius credi debet: maximē cum Cardinalis Bellarminus Bellarm. in suo tract. de Scriptoribus Ecclesiasticis retexens catalogum operum S. Bonaventurę, nullum sermonem eorum, qui habentur tom. 3. in dubium reuocari.*

## C A P. II.

## Argumentum Septimum pro immaculata Conceptione ab auctoritate aliorum Patrum Ecclesiae Latinae.

S. I. Sanctus Cyprianus.

*Cyprian.* IN Breuiario Ecclesiæ Placentinæ, cuius meminimus in cap. 1. feſt. 2. in leſt. 4. Matutinorum conceptionis, imo & in officio approbato à Sixto Quarto referuntur hæc verba ex sancto Cypriano. *O Virgo iusta, & omni iustitia plenissima, cuius conceptio singularis.* Quæ certè fauent valde doctrinæ, quam confirmant, non solum quia ad eum finem referuntur prædicto Breuiario, sed etiam quia conceptionem Mariæ esse singularem denotat prædictam immunitatem ab originali, ut pote singulare prívilegium, quod nulli alteri concessum est; & præterea quia appellatur virgo plenissima omni iustitia, si autem initio suæ creationis peccatum contraxisset, non foret plenissima omni iustitia, quippe cui defuerit illa, qua immunis à culpa originali redderetur.

Huic adde illustrè testimoniū sermonis de Natiuitate Christi, qui vñus est ex illis, qui habentur in tract. de Cardinalib. Christi operibus. Et licet hic tractatus non certò creditur S. Cypriani, nihilominus inter opera illius numeratur, & Bellarminus in tract. de Scriptoribus Ecclesiasticis in

PECC. ET IVST. ORIG. in Cypriano, ait saltē op̄ illud esse eruditii, & antiqui authori, loquens ergo de B. virginē S. Pater, sic scribit. *Spiritu Sancto obumbrante incendium originale extinctum est; ideoq; innoxia affligi nō decuit, nec sustinebat iustitia, ut illud vas electionis cōmuni bus lassaret iniurijs, quoniam plurimum à ceteris differens natura cōmunicabat, non culpa.* Vbi duo affirmat, quæ maximē faciunt pro immunitate B. Mariæ: unum est, extinctum esse incendium originale, id est, peccatum originale, cuius effectus est afflītio, & dolor in partu, ut conitat ex cap. 3. Genes. & ideo infert S. Doct. or, innoxiam, id est, immunitam ab ea culpa non decuisse affligi cum pateret. Alterum est B. Mariam cum ceteris cōmunicasse in natura, non in culpa, si autem originalem culpam contraxisset, non solum in natura cōmunicasset, & consequenter subiisset iuste communes iniurias.

S. 2. S. Hilarius, S. Ildefonsus, S. Isidorus.

*3* **I**N leſt. 4. Breuiarij relati initio huius capititis, & in officio Nogaroli approbato à Sixto 4. referuntur hæc verba S. Hilarij. *O virgo benedicta, quæ Angelos vincis puritate.* Que sanè omnino plenarii veritate sensum non haberent, si Hilarius B. virgo cōtraxisset originale, nra re vera habuisset impuritatē, non quamcumque, sed quæ animā deformaret, & Deo redderet exosam; & cum Angeli boni nunquam, ne leuiter quidē peccauerint, fuisserint in hac parte puriores. Satis ergo fauit S. Hilarius immunitati virginis ab originali.

*4* Deinde in breuiario Romano de Camera edito Venetijs anno 1550. in officio Conceptionis approbato à Sixto Quarto, referuntur in leſt. tercia verba hæc S. Ildefonsi sumpta ex libro, *Contra os*, qui dispuant de perpetua virginitate sancte Mariæ. *Nullis, inquit, quando nata est subiacevit Ildefonsus delictis, nec contraxit in vtero sanctificata originale peccatum.* Et qui dem Vazquez 3. p. tomo. 2. disp. 117. cap. 3. eleuare contendit vim huius testimonij, dicens, sermonem ibi solum esse de Natiuitate B. Mariæ, & verbum *contraxit*, significare idem, quod *detulit*, ut sensus sit, non devulsi secum culpam originalem quando nata est, quia iam in utero deleta fuerat. Sed immerito id Vazquez contendit: Primo, quia licet contextus illius libri persuadeat sermonē in eo, esse de Natiuitate, potuit optimè S. Fater miscere aliquid pertinens ad

ad immaculatam eius Conceptionem, præsertim cum iam suo tempore celebraret festum B. Marie, ut patet ex officio Mozarabo, quod tunc recitatatur in Ecclesia Toletana, cuius præfult fuit, ut cap. 7. se & i. ostendemus. Secundo, quia in Breuiario Romano, & in officio immaculata Conceptionis approbato ab Ecclæsia affertur hoc testimonium S. Illefonsi. Ergo Ecclæsia ita illud intellexit, ut significaret, B. Mariam non habuisse peccatum originale. Ergo ita nos debemus prædictum testimonium intelligere. Tertiò, quia verbum *contraxit*, eam significationem habet. Ergo non est cur in alia significatione creditur usurpatum à sancto Illefonso.

**S. Isid.** S. Isidorus eatenus pro hac sententia referri meritó debet, quatenus, ut loco citato diximus, tempore suo recitabatur officium conceptionis in Ecclesia Toletana. Imò ipse prefuit 4. Concilio Toletano, ibique auxit, & locupletauit officium Moçarabum, ut dicitur in 2. tom. Bibliothecæ nostrarum, vbi hoc officium refertur, & inter festa B. Mariæ numeratur festum Conceptionis.

### §. 3 Sanctus Anselmus.

**Anselm.** **M**ULTO dilucidius sanctus Anselmus testatur B. Mariam præseruatam fuisse a Peccato originali. Primum enim declarans illa verba capitatis 5 posterioris ad Corinthios. *Si unus pro omnibus mortuus est: ergo omnes mortui sunt: Omnes*, inquit, *mortui sunt in peccatis, nomine prorsus excepto, dempta matre Dei sive originalibus, sive etiam voluntate additis*. Fateor tamen hunc locum non omnino vrgere, quia licet expressus sit, dubium tamen est, an Comimentarij in Epistolas Pauli, qui habentur in opera S. Anselmi, sint illius: Imò Cardinalis Bellarm. lis Bellarminus in suo tract. de Script. Ecclesiasticis verius putat non esse illius, sed potius Herugi Magistri Generalis ac Hyrni. Ordinis Prædicatorum. Qui tamen non parum autoritatis conciliat nostræ sententiæ, cùm antiquus Thomista sit, & Ordinis sancti Dominicæ.

Deinde in libro de conceptu virginali, qui sine dubio est sancti Anselmi, cap. 18. hac verba habentur. *Quamvis de numero diffissima virgine Filius Dei verissime conceptus sit; non tamen hoc ea necessitate factum est, quasi de peccatrice parente iusta proles rationabiliter generari nequiret: sed quia decebat, ut illius hominis concepcionis matre*

*matre purissima fieret, nempe decens erat, ut ea puritate, qua maior sub Deo nequit intelligi, virgo illa niteret. Vbi sanctus Fater disserit docet, Mariam fuisse mundissimam, & ea puritate nituisse, qua maior non posset infra Deum intelligi. Certè si originalem immunditiam contraxisset, id verum esse non posset: nam infra Deum maior puritas est ex gratia, & priuilegio non habere ullum peccatum, quod Deus, ac proinde Christus Dominus non habet per naturam. Nec obstat, quod infra addit Anselmus, scilicet per fidem mundatam fuisse virginem, nam purgare, seu mundare interdum significat idem quod preferuare, teste sancto Thoma, 3. p. q. 3. art. 4. ad 1. Vnde cùm dicitur mundata Maria, non supponitur immunditiam peccati habuisse, sed ab ea, quam habere potuit, preferuata fuisse.*

**B** Sed multò magis perspicua testimonia habentur, in longo sermone eiusdem S. Patris, qui recitatatur in officio conceptionis, ordinato á Nogarolo, & approbato á Sixto III. Et licet ille non habeatur modò inter opera S. Anselmi, illius tamen autoritatem conciliant approbatio Pontificis, & quod stylus videatur S. Anselmi, ac postremo quod in breuiario Romano, vbi ponitur, notatum est, sermones sanctorum, qui ibi referuntur, collatos fuisse cum proprijs exemplaribus. Et quidem sententias ex hoc sermone decerpimus inferemus diuersis capitibus huius disputationis; Nuc sufficiant illi verba, quæ habentur in 6. lectio. quintæ diei. *Angelos alij peccantibus à peccato seruavit, & feminam matrē suā futuram ab aiorum peccatis exhortem seruare non potuit: in eternitate consilij sui statut em Dominatricem, & Reginam fore Angelorum, & nunc inferiore gratiam Angelis datum, in consortium conceptam esse credemus hominum peccatorum. Existimet hoc qui vult, arguenter suis probet qui vult: his quæ dicimus aduersetur qui vult. Ego donec ostendat Deus mihi aliquid dignius excellentia Domine meæ posse dici, que dixi, dico, quæ scripsi, non muto.*

In Breuiario etiam Diœcesis Hispalensis in tertia die infra octauam Conceptionis referuntur ex S. Anselmo hęc illustraria verba, quæ affert etiam Nogarolus. *Si quid originalis peccati in propagatione matris Dei exitit, illud propagantium, non propagata fuit; non potuit hoc facere Filius Matri sue. Planè potuit, & voluit, quod si voluit & potuit. Addit verò Hispalense Breuiarium ex S. Anselmo. Non puto verum amatorem esse Virginem, qui cele-*

*S. Thom.  
Vide inf.  
c. 24. sc.*

celebrare respuit fesulum sua Conceptionis. Sed Nogarolus hęc verba non refert.

Nec obstat in li. 2. *Cur Deus Homo ca. 16*; disserté asservit.<sup>14</sup>  
se B. Virginem natam, id est, conceptam fuisse in peccato originali, nam ea verba dicuntur nō à S. Anselmo sed ab alio in terlocutore: Cui postea respondet Anselmus non quidē id negando, sed tamen nec affirmando. *Quam explicationem Argenti.* adhibet sanct. Anselmo Thomas Argentinas in 3, dist. 3, quę, prim. articul. 1.

### S. III. Sanctus Bernardus<sup>2</sup>

**O** Perapretium erit expendere quid de immaculata Conceptione senserit S. Bernardus alioqui B. Marię studio fissimus. Et quidē ipsius fuisse sententiam, quod B. Virgo habuerit peccatum originale, non leuia argumenta fūdant. Primum enim in serm. 2. de Assump. Quod si originalem, inquit, à parentibus maculam traxit, sed minus à Ieremia sancti faciat in vtero credere probabit pietas Christiana. Et in serm. de priuilegijs sanct. Ioan. Baptistæ, *Quicumque*, ait, de massa pruaricante mundum ingredimur, longam vestem originalis peccati nobiscum trahimus, solus ille qui peccatum non fecit excipitur. Deinde in Epist. 175. inuenitur in canonicos Eccl. Lugdunensis, quod Conceptionem B. Marie celebrarent, cuiusmodi rationem reddit, quia in Conceptione non habuit sanctitatem, sed peccatum. *Vnde*, ait, *Conceptionis sanctitas? an dicitur sanctificatione præuenta quatenus iam sancta conciperetur? sed non voluit ante sanctam esse, quam esse, siquidem non erat, antequā conciperetur. An forte inter amplexus maritales sanctitas se ipsa Conceptioni immissit, ut simul & sanctificata fuerit, & Concepta? nec hoc quidem admittit ratio.* Quomodo nāque aut sanctitas absque spiritu sanctificante, aut sancto Spiritui societas cū peccato fuit: aut certe quomodo peccatum non fuit, rbi libido non defuit nisi quis forte dicat de spiritu sancto cam, & nō de vīo Conceptam fuisse, sed id batellus inauditum. Et infra. Restat, inquit, ut post conceptum in vīo iam existens sanctificationem acceptasse creditur, qua exkluso peccato sanctam fecerit nativitatem non Conceptionem. Denique Nicolaus ille qui fuit sanct. Bernardo à secretis in Epistol. quam capit. prim. section. secund. retulimus, & Paludanus relatus in capit. quart. mentionem faciunt cuiusdam visionis, seu reuelationis, in qua ostendit

ostensum est, B. Bernardum aliquid pœnæ post mortem passum fuisse, quia affirmauit conceptionem Beat. Marię in peccato originali, quod certè satis indicat, eum fuisse predictę sententię.

Contra vero S. Bernardum contrarię sententię, quā nos fatemur, subscriptissime, probatur primō, quia in editione operom illius facta Parisijs anno 1609. habentur 15. sermones de Cœna Domini, in quorum decimo tertio. Non est, inquit, in filiis hominum magnus, vel parvus tanta prædius sanctitate, qui non in peccatis fuerit conceptus, præter matrem immaculatam peccatum non facietis. Secundō, quia in sermone quodam super Salve Regina. *Innocens*, inquit, *fusilli ab originalibus, & actualibus peccatis, nemo ita præter te.* Idque confirmat testimonio S. Augustini libr. de nat. & gratia, cap. 36. quod in cap. præcedenti expedebamus.

Mihi in hac re duo dicenda occurrunt; unum certum, alterum dubium, & si non improbabile: utrumque tamē pro immaculata conceptione. Primum, & quidē certum est. Si S. Bernardus modō scripsisset, disserté affirmaturum immaculatam conceptionem, seu præservationem virginis à peccato originali. Probatur, quia Epistola ad Lugdunenses hisce verbis cōcludit: *Qua dixi, absq; præiudicio sanè dicta sint sancti sapientia. Romane præfertim Ecclesiae autoritatem, atque examinationem hoc, scilicet & cetera, que huicmodi sunt universa resuio, ipsius, si quid aliter sapio, paratus iudicio emendare.* Ergo si sanctus Pater vidisset Ecclesiam Romanam celebrante in hoc festū. & Summum Pontificem hortantem fidèles ad eius celebritatem, concessit etiam indulgentijs, & uniuersum feré cœtum fidelium sententem Beatam Virginem fuisse immunem ab originali, non dubitaret huic doctrine subscrivere, & tam egregiam laudem decatare Reginę, cuius obsequio fuit deditissimas.

Secundum est dubium, & si videatur probabile, nimirum sanctum Bernardum sensisse, Beatam Virginem Mariam non habuisse peccatum originale, sed ex quo anima eius creata fuit, & corpori unita, sanctitate donata fuisse, seu insignitam gratia, quę cum peccato originali incompatibile eit. Probatur primō, ex verbis adductis in sermone de Cœna Domini, & super Salve Regina, quæ omnino exprefsa sunt; & quāvis non constet hos sermones esse S. Bernardi, sed

*Bellar.* sed videri possint supposititij, vt videtur Bellarmino in suo tract. de Scriptoribus in S. Bernardo, in fine Observatio- nis secundæ ad opera illius: non tamen est certum esse fal- so illi ad scriptos, & aliqui inter opera illius habentur in aliquibus editionibus.

Secundò probatur, quia testimonium ex Serm. 2. de Af- sump. non vrget; cum non absoluté, sed sub conditione lo- quatur S. Pater, vt patet ex verbis relatis. Testimonium ve- rò ex altero sermone continet Doctrinam generalem simi- lem illi, quam alij Patres statunt, solum Christum Domi- num non habere peccatum originale, & ideo habet eandem explicationem, quam latè adhibemus cap. 24.

Tertiò probatur. Quia in Epist. ad Lugdunenses existi- *15*  
*Bellar.* mant aliqui, & inter eos Cardinalis Bellarminus tom. 3.

*Valenc.* lib. 4. de Ammissione gratiæ cap. 6. & Valen. tom. 4. disp. 2. quælt. i. p. 2. cum Catharino, S. Bernardum agere solum de

Conceptione propria, & rigorosa, quæ (vt vidimus cap. 1.) consistat in receptione feminis fecundi intra uterum foemi- na ante animationem, contenditq; cōceptam fuisse in pec- cato, non quia tunc foret capax peccati, cum nōdūm habe- ret animam rationalem, quæ est subiectum culpæ; sed quia ex eo pñcto contraxit debitum culpe, & cæpit esse obnoxia peccato originali quod postea incurret, nisi diuinitns es- set præuenta. Sic enim dicitur semen immundū, id est, prin- cipium fœtus, qui subiectus est, seu obnoxius peccato ori- ginali. Quod autem sufficiat prædictum debitum, vt in ipso initio rigorosa Conceptionis dicatur virgo cōcepta in pec- cato, probatur ex simili phrasí Sacré Scripturæ: dicitur enim

*Gen. 2.* In quacumque die comederis, morte morieris: non quia statim Adamus esset moriturus, sed quia statim ac peccauit, fuit morti obnoxius, & contraxit debitum moriendo. Sic er go dici potuit à Sancto Bernardo Virginem Mariam fuisse in peccatis, quia à pñcto Conceptionis erat obnoxia pecca- to originali.

Quod autem S. hic Pater agat de Conceptione in hac ac- ceptione, probatur primo, quia ea est propriissima, & rigo- rosa Conceptione, & in ea acceptancee usurpari eti à S. Anfelmo relato in S. præced. credit Bellarm. supra. Secundo; quia lo- quitur de Conceptione facta inter amplexus materiales, & vbi libido non defuit, vt patet ex verbis quæ retulimus: at qui

qui cōceptio prout significat infusionem animæ in corpus, sit quando iam cessarunt amplexus, & absque ulla libidine: solum ergo contendit S. Bern. primā, & rigorosam virginis conceptionem fuisse obnoxiam peccato originali, & quoniam putabat Canonicos Lugdunenses eam conceptionem celebra- re, reprehendit illos, quippe qui celebrabant id, quod non erat propriè sanctum, sed potius obnoxium culpa.

Ex quibus infertur, cùm ibidem dissertè doceat S. Bern.

*17* B. virginem fuisse sanctificatā in utero matris suæ, posse à nobis intelligi locutum de sanctificatione in primo instan- ti, quo creata est illius anima, & infusa corpori, quando ni- mitum incicēda erat actualiter, seu formaliter maculā pec- cati originalis, ac proinde culpam hanc nunquam habuisse, sicut non habuisse faretur in illis duobus sermonibus, cum doctrina huius Epistolæ, ne aliqui cōtrarius sibi tantus Pa- ter videatur.

Denique quod ultimo loco afferebatur, reuelatum fuisti supplicium in altera vita, incertum est: præsertim, quia si quid culpæ in hac re cōmisit, non in eo situm fuit, quod affirmauerit, peccatum originale fuisse in B. Maria, sed quod absolūte reprehēderit Lugdunenses, & non excusauerit eos, quippe qui cum-celebrabant festum conceptionis, non age- bant festum conceptionis rigorosæ, id est, feminis cōpre- hensionis, sed sanctitatis, & immunitatis ab originali, quā habuit in primo instanti creationis, & infusionis animæ; vere enim id celebribat, quod modò celebret uniuersa Ec- clesia. Cōstat autem ex c. 7. Ecclesiast. celebrare in hoc sen- su Conceptionem immaculatam.

### S. V. Aliorum Patrum Latinorum testimonia.

*19* **O** Prima sunt pro hac veritate carmina Sedulij Presbyte ri, in lib. 2. Patchalis de miraculis Christi Domini, & habentur to. 7. Bibliotheca in antiquiori editione.

*Et velut in spinis mollis rosa surgit acutis,*

*Nil, quod ladan habens, matremq; objurat honore;*

*Sic tua de stirpe sacra veniente Maria*

*Virginis Antiqua facinus rona virgo piaret.*

In quibus carminibus eleganti comparatione declarat Sedulius immunitatem B. Mariae ab originali peccato, qua

### DISP. III. DE ESSENTIA

si diceret, sicut rosa dignitut inter spinas, & ab spinoso trunco ortum habet, quin propterea quidpiam in se habeat, quod pungat; sic B. Maria licet ab Eua peccatrice, & alijs parentibus peccato infestis genita fuerit, nullum peccatum habuit.

**Richard.** Deinde Richardus de sancto Victore relatus in Breuiario Rom. edito Lugduni, anno 1544. cum priuilegio summi Pontificis in lect. 6. matutin. festi conceptionis. Non decuit, inquit, ut caro Maris qualicumq; foret obnoxia culpa, nam Dei sapientia indiguum creditus, ut quā ad lucē gentium destinavit, prauitate nebra fineret inuolui. Nec erit ingratis matri sue, qui Patri, Matriq; honore precipit exhiberi. Et in ca. 26. in Cantica. Tota, inquit, fuit pulchra, quā totā posedit gratia, quia nullū in ea locū habuit peccatum. Et infra addit. Nec habuisse maculam, nec tenebras culpas; & statim subdit, fuisse sine omni macula.

**B. Brun.** Tertiō, B. Brun. explicans illud Psal. 101. Dóminus de cælo.

in terrā aspergit, ait de B. Maria. Hec est incorrupta terra illa, cui

benedixit Dominus ab omni propterea peccati contagione libera. Quar

**S. Domi.** tō, S. Dominicus relatus in officio conceptions approbatō

à Sixto 4. & in Breuiario Rom. edito Lugduni, & a Coccio-

lib. 3. ar. 1. Sicut, inquit, primus Adā fuit ex terra vigne, & num-

quā maledicta formatus, ita decuit in secundo Adamo fieri. Vide qua

circa simile testimonium diximus in ca. 6. Quintō, Petrus

**T. Dami.** Damian. in ferm. de Nativit. virginis apud Suarez, disp. 3.

sc̄. 5. Quid, inquit, vitij in eius corpore, aut mente vendicare sibi

potuit locum, quā totius divinitatis meruit esse Sacrum? Sextō,

Fulber. Carnotēsis apud Canisium lib. 1. de Deipara cap. 7.

Aue, inquit, Maria excelsa, que immaculata semper extitisti ab exor-

dio tua creationis, quia paritura eras Creato<sup>r</sup> et totius sanctitatis. Sep.

**S. Vince.** timō, S. Vincenti<sup>r</sup> Ferrer ferm. 2. de Natin. virginis. Non

credatis, inquit, quia fuerit sicut in nobis, quā in peccatis concipimus:

sed statim postquam corpus fuit formatum, & anima creata, tunc fuit san-

ctificata. & statim Angelī in cælo fecerunt sicutum concepcionis. Octā,

uō, vir sanctissimus, & sapientissimus, qui ob humilitatem

nominatus est Idiota, in contemplatione virginis ca. 2. Tota,

inquit, pulchra es virgo gloriissima, nō in parte, sed in toto, & ma-

cula peccati, sive mortalis, sive venialis, sive originalis non est in te.

Habetur tom. 3. Bibliotheca in antiquiori editione, & to.

5. in recentiori. Nono, Rupertus Abbas libr. 6. in Cant.

declarans illa verba: Duo ubera tua, &c. virginem alloquens:

**Rupert.** Libera, inquit, est ab omni incho peccati. Decimō, Laurētius In-

### PECC. ET IVST. ORIG.

74

**37** Stinianus in lib. de gradibus perfectionis, cap. 1. post med. **B. Lam.**  
Ab originali, inquit, delito nullus excipitur prater illam, quae ge-  
nuit mundi Salvatorem. Undecimō, Iuo Carnotēsis Episcopus  
Iuliania.

**38** in sermone de Nativitate Domini, quēm refert. Coccius

vbi supra: Omne, inquit, nesciū tam originalis, quam actualis  
culpa in matre sua: Christus delenit. Vbi verbum delectu significat  
planē: nesciū in ea fuisse culpam: nam aliter falsum dice-  
ret delectu culpam actualē, cum hac non fuerit in vir-

**39** gine Maria. Duodecimō, sanct. Bernardi. Senen. 52. **S. Berna.**

de Salutatione Angelica, qui habetur in suo Quadraginta-  
li seria 3, post Dominicām oīarum, art. 1. cap. 1. Fuit, in-  
quit, B. Virgo sine primo vñ hoc est, sine tyranno concupiscentia & pecca-  
ti originalis, quia sine eo concepta est. sicut testē Salomonē Cant. 4.

dicitur, Tota pulchra es amica mea, & macula scilicet torinalis culpes;  
non est in te. Et in qfrā. Illuminata, inquit, mirabiliter fuit in anima  
sue in corpus infusione: Quod certe dici non posset verū, nisi  
gratiam tunc non fuisset consecuta, cum qua peccatum ori-

ginale est incompatibile. Vnde quod post verba proximè  
relata addit sanctus Pater, scilicet non fuisse in María pri-  
mū vñ peccati originalis, quia sine eo fuit concepta, aut  
omnino in ea fuit extinctum per Spiritus Sancti sanctifica-

tionem: copulatiō intelligendū est, ita ut particula aut  
sit idem quod coniunctio: & nam alioqui non subderet po-  
ste illa verba illuminata mirabiliter fuit, &c. Nec paulo anteā

dixisset absolutē immunē fuisse virginē à tripli vñ, scilicet  
non concupiscentia, culpe, & pœnē. Atq; ita intellexit Coc-  
cius hunc locū lib. 3. de Deip. art. 1. pag. 70. addens aliud

testimonium eiusdē S. Patris, tom. 4. ferm. 48. Vtrū, inquit,  
B. Virgo fuerit concepta in peccato originali Ecclesia nondānat, sed magis  
pius est credere, quod non fuerit in peccato concepta.

### C A P. XII.

#### Argumentum Octavum pro immaculata concepcionē ab authoritate Patrum Græcorum;

**C**VM Græci ante mille annos celebraverint festum con-  
ceptionis, ut cōmemorat Galatii. relatns in cap. 7. & in  
Ecclēsia Græca maxime floruit pietas erga B. Virgi-  
nem, dubitari non potest, inter scripta Patrum Græcorum

Galatin.

K 2 rep-

### D I S P. III. DE ESSENTIA

reperi etiam illustria testimonia pro illius immunitate  
peccato originali.

**S. Atan.** Primus ergo sit S. Athanasius, qui sere ad finem sermonis de Depara sanctissima, qui habetur tom. 3. operum illius: *Dicimus, inquit, eam iterum, atque iterum. & semper, & vnde quaque beatissimam.* Quæ verba sunt valde similia illis, quæ ex liturgia S. Iacobi retulimus ca. 6. & eodem modo, quo illa, expendi debent. Et quamvis Bellarm. in suo tract. de Scriptoribus Ecclesiasticis secutus Baronium credit, hunc sermonem non esse S. Athanasij, Suarez tamen 3.p. tom. 2. disp. 21. sect. 2, probabile putat esse illios: & saltem nemo dubitat, hunc sermonem esse conscriptum à viro antiquissimo, pietateque, & doctrina præstante.

**S. Chrys.** Secundus sit S. Chrysost. qui in sua liturgia, quæ habetur tom. 5. suorum operum, & est sine dubio illius, B. Mariam appellat, *Immaculatā, semper beatissimam, & penitus uncontaminatā.* vbi notanda est particula *Semper* & particula *penitus*, quæ plausibiliter denotant, nihil omnino infelicitatis, aut maculae peccati in Virgine extitisse.

**Taumat.** Tertius sit S. Greg. Taumaturgus in primo ex tribus sermonibus annuntiationis, qui habentur inter opera illius edita à doctore Gerardo Bosio (quamvis incertum sit an sermones isti sint illius) vbi sic ait: *Ex omnibus generationibus haec sola virgo sancta corpe, & spiritu extitit.* Et infra, vocat illam impossibly pollutam. Certe non fuisset per Anthonomasiam sancta corpore, & spiritu, nec absolute impolluta, si contraxisset maculam originalem, cui sanctitas est incompatibilis.

**S. Damasc.** Quartus S. Damasc. qui orat. 1. de Nativitate B. Mariae appellat sancti loachimi, *Semen prorsus Immaculatum,* non alia certe ratione, nisi quia non sicut instrumentum traducendi culpam originalem in Filiam suam, ac Dominam nostram. Propterea enim B. Iob & sancti Patres appellant semen immundum, quia illo mediante trâsfunditur in posteros culpa.

**Crysp.** Quintus Cryspus presbyter Hierosolimit. in sermone de sancta Maria, qui habetur tom. 7. antiquæ Bibliothecæ, *Mue, inquit, Solis ortus, qui nullum ferre potest occasum.* Ferret vero, si culpam originalem virgo contraxisset, cum ratione illius anima tenebris omnino iaceat.

**German.** Sextus Germanus Patriarcha in serm. de fascijs, & Zona

**Surius.** Beat. Mariæ, quem refert Surius in die 31. Mensis Augusti.

### PECC. ET IVST. ORIG:

76

declarans illud Psalm. 86. *Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei.* Quenam, inquit, ea ciuitas est? existimo Manifestissimè, & sine ulla contradictione eam, quæ vere est electa, & omnibus superior, diuinarij, & sublimi virtutum magnitudine, & puritate omnibus antecedentē Mariam, nulli penitus culpa affinem. non igitur contraxit culpam originalem.

Septimus fit Theodoreetus, qui ex mente Pselli lib. 3. in **Theodo.** Cantica prope finem, vocat Virginem Mariam immaculatissimam, quæ Cherubinos, & Seraphinos vincit puritate.

Octauus fit Origines, qui non solū in hom. 1. ex varijs appellat Virginem immaculatā, sed etiam in officio Nogarali, & Breuiario Romano edito. Lugduni dicit, *Virginē neq; serpentis persuasione deceptam fuisse, neq; eius venenosis afflatibus infestam,* quæ verba planè significant: à peccato originali immunitatem, & ad eum finē referuntur in predicitis Breuiarijs.

Nonus S. Cyrillus, cuius hac verba referuntur in Breuiariajs proximè relatis. Post Filium, temerarium est, in Maria virgine ponere culpan aliquam, vel peccatum. Sunt etiam maxime ad ré, Cyril. verba S. Cyrrilli Alexandrini tom. 6. Concilij Ephesini cap. 6. loquentis de Beat. Maria sub metaphorâ Tépli: *Quis unquam audiret, architecto ne templum, quod ipse construxerat, prohibitus?* Si autem infecta fuisset macula peccati originalis, tunc Deus prohibitus esset illam inhabitare: nam in malevolam animalm non intrat diuina sapientia, neq; qui habet peccatum mortale, est templum Dei.

Decimus sit S. Epiphanius, qui apud Coccii lib. de Dei- Epiph.

11 pa. art. 1. in ser. de laud. Mariæ vocat illa *Lilitū immaculatum.*

Vnde decimus S. Ephrē apud eūdē in ser. etiā de laud. Mariæ

12 vocat illam *prorsus puram, & pariorem Solis radijs.*

Ephrem. Coccii. Leo Imp.

Duodecimo, dignissima sunt, quæ pro eadem veritate af-

ferantur uerba Leonis Imperatoris in hom. 7. de Annuntia.

13 ex nouem, quas Gracè, & Latinè edidit in lucem Iacobus Gretserus Ingolstadij anno 1600. Cum adhuc, inquit, o Virgo in lumbis paternis continereris, progenitor tuus clamabat: audi filia, vide, & inclina aurē tuā. Audisti vere, & obliita est populi tui, & fortis, & domus paterna, fortis videlicet illius, quam Eus progenitrix toti generi distribuit immenso illo dolorum cumulo, quasi hereditatis rice dato; & nihil horum in domum tuā intulisti, propterea dilexit te Rex ob anima tua pulchritudinem.

**Argumentum 9. pro immaculata Conceptione  
ex reuelationibus S. Brigitte.**

S. Brig.

**S**ANCTA. Brigitta lib. 9. suarum reuelationum cap. 49. inducit B. Virginem Mariam sic loquentem: *Veritas est quod ego concepta fui sine peccato originali, & cap. 5. scito quod Conceptio mea non omnibus nota fuit: quia voluit Deus, quod sicut ante legem scriptam praecepsit lex naturalis, sic placuit Deo, quod amici sui dubitarent de Conceptione mea, & quilibet ostenderet zelum suum, donec reritis claresceret in tempore praedicto.*

Caietan.

Caietanus in opusc. de Concept. cap. 5. putat valde exiguam probalitatem ex istis reuelationibus desumti: quia S. Catherine Senesi reuelatum fuisse B. Mariam in peccato originali conceptam esse, testatur S. Antoninus. Et maiori fide, inquit, ydeter S. Catharina, quia canonizata est, sicut ceteri sancti, sancta vero Brigitta canonizata est tempore schismatis, quo nullus habebatur certus, & indubitus Papa.

**Vasquez** Sed hæc solutio nullo modo sufficiens est, immo occasione preget declarandi efficacitatem argumeti, quod petitur ab **Saimero.** his reuelationibus, & optimè vrgetur à Gab. Vasquez disp. 117. in tom. 2. in 3.p.ca. 6. & breuius à Salmerone in ca. 5. Epist. ad Rom. disp. 52. Imprimis enim omnino falsum est B. Brigitam non esse canonizatam, sicut & alios sanctos: nā initio lib. reuelationum eius prefixa est Bulla canonizationis edita à Bonifacio 9. qui verus Pontifex fuisse creditur, præsertim cum postea confirmaverit eam Bullam Martinus V. qui secundum omnes fuit indubitus Papa, & ea confirmatione habetur initio prædictarum reuelationum, vide Baronium die 23. Iulij in annotationibus ad Martyrolog. Rom.

**Baron.** Deinde reuelationes S. Brigitte diligenter sunt examinatae à Cardinali Turrecremata, à Magistro Sacri Palatij, nec non ab altero Theologo, & approbatæ à Cœcilio Basiliensi. & posse à Bonifacio 9. & Martino 5. vide Turrecrematam in suo Defensorio prefijo libro harum reuelationum, vbi maximè probat autoritatē illarum, nos quia sint certe secundum fidem, nec enim in hoc gradu probatae sunt, sed quia doctrinā continēt piæ, & quæ sine superstitionis timore credi potest.

**Turrecr.** Reuelatio vero S. Catherine facta, quæ Caietanus cōmemorat,

rat, iure optimo reputatur fidititia, cum nullus, qui Catherine vitam scriptis, ut varijs scripserunt, mentionem faciat illius

**4** Maneat ergo valde probabile arguentū pro immaculata Conceptione ex his reuelationibus desumi. Nec enim dici potest eas, quas retulimus, non esse S. Brigitte, quia nulla est ratio dubitadi; verè enim inter ceteras illius reuelationes circunferuntur, & typis mandata legitur, cumq; non semel, sed bis, aut ter eandē doctrinā repeatat, tāquam sibi diuinus reuelatā, hoc ipsum indicat, non fuisse ab alijs confitā, & suis libris insertam. C. A. P. XIII.

**Argumentum 10. ab auctoritate Scholasticorum.**

**C**VM S. Thomas & S. Bonavent. floruerunt, nondubium est, quin aliqui Theologi sententiam hanc immaculat-

Conceptionis ampleksi fuerint, iam enim de hac re orta fuerat concordatio, & Canonicus Lugdunensis tēpore S. Bernardi, & alij tēpore S. Anselmi id ipsum sentiebat. Verū qui ex scholasticis primus hanc sententiā magis ex professo docuit, & à quo magis propagari, & publicè propugnari cœpit, est Ioannes Scotus doct̄or verè subtilis, & ex hoc capite, inter alia, laude dignissimus, qui obiit anno 1308. teste Bellarm. in suo tract. de Scriptoribus Ecclesiasticis. Hic ergo in 3. dist. 3.q. 1. §. Ad questionem cū dixisset, potuisse B. Maria præseruari ab originali peccato, vel immeidatè post primum instans, in quo illud contraxisset, ab eo mundari, vel deniq; non immeidatè, sed post aliquod tēpus, hec subdidit. *Quid autem horum trium factum sit, Deus nouit. Si auctoritati Scotus. Ecclesie, vel auctoritati Sacra Scriptura non repugnet, videtur probabile, quod excellens est attribuere Mariæ. Quod autem ipse existimauerit, excellētius fuisse præseruari ab originali, & id non repugnare sacra Scripturæ vel Ecclesie, patet: tum quia postea respondet ad omnia argumenta contra immaculatā Conceptionem: tum etiam quia in dist. 18. q. vnica §. hoc viso. Beata, inquit, virgo Mater Dei nunquam fuit inimica actualiter ratione peccati adulteris, nec ratione originalis.*

Mirū sanè est quanto cōfensu Scriptores Scoto posteriores, immo & Theologii professores, alijq; viri periti hāc eandē sententiā secuti sunt, adeo ut superuacaneum censeā, auctores non ipsam reserue, legat qui volet inumeros apud Coccius. Iodouicū Coccī li. 3. de Deipara art. 1. Salmeron in cap. 5. Salmeron. Epist.

Suarez. Epist. ad Rom. disp. 42. Suarez tom. 2. in 3. par. disp. 3. se<sup>c</sup>t. 5.  
Vasquez & Vasquez d<sup>r</sup>p. 117. cap. 2.

Soli sunt sapientissimi Scriptores, & doctoris ordinis S. 3  
Dominici, qui studio secundandi S. Thomā in summa Theolo-  
gia, docere non desinunt B. Virginem fuisse conceptum in  
peccato originali. Sed nihilominus ex hac ipsa familia nō  
desunt clarissima lumina, quæ veritatem immaculatę Con-  
ceptionis illustrant, & obuijs vlnis amplectantur.

S. Domi. Sanctissimus enim illius fundator eam docuit, vt retu- 4  
S. Thom. limus cap. 11. S. Thomas in lib. 1. sent. vt ostendimus cap. 10.  
Hervaeus Herveus Magister generalis, quem retulimus cap. 11. Vigue-  
Vigueri. rius in Institutionibus Theologicis cap. 18. §. 6. Catharin.  
Catharin. in opusc. de Concep. Vincentius Iustinianus id additioni-  
Vincent. bus ad historiam B. Ludouici Beltran, Magister Cabrera in  
Iusti. concionibus prælo mandatis de hac festinitate, imò Manua  
Cabrera. le Prædictorum impræssum Hispali 90. ab hinc annis, Ordo,  
inquit, Prædictorum sūltim hucque opinionem, quod B. Virgo fuit  
Manuale Conceptio in originali: sed iam de hoc non est curandum, cum sit mate-  
Prædic. ria nullius utilitatis, & valde scandalosa, præsertim cum tota ferè Ec-  
clesia iam afferat, quod fuit præseruata.

Ex prædicta doctrina conspiratione non leue argumentū 5.  
desumitur pro immaculata Conceptione, sed quoniam ro-  
bur illius elucebit amplius in cap. 16. illuc vñq; differemus.

## C A P. XV.

Appendix capitis præcedentis, seu enumeratio-  
Scriptorum Societatis Iesu, qui Concep-  
tionem immaculatam tuentur, & huius ordinis  
affectionis erga hoc B. Mariæ priuilegium.

**N**ON Erit abs re, si Theologię professor in Societate 1  
Iesu, dum de immaculata Virginis Conceptione dis-  
serit, & immunitatem eius ab originali peccato pro viri-  
li tuerit, singulatim recenterat Scriptores eiudem Societi-  
atis, quorum vestigijs insistit, & mentionem faciat de affec-  
tu huius Ordinis erga immaculatam Conceptionem.

Et quidem prima sanctitatis B. Patris nostri Ignatij limi-  
na con-

na cōsecreta sunt mirabili apparitione Virginis Marie, qua  
eximie castitatis insignibus ad mortem vñq; decoratus est,  
effectus sanè proprius deuotionis erga Conceptionem im-  
maculatam, vt viri sapientes, & pīj obseruarunt. Deinde tā  
ipse S. Pater, quām nouem Socij, cum quibus Societatem  
instituit, insigniti sunt gradu magisterij in Academia Par-  
isiensi, vt testatur Paulus III. Papa in 1. Bulla Cōfirmationis  
huius religionis: in ea autem Academia quicquid ad gradū  
promouentur, se obstringunt iuramento propugnandi. Vir-  
ginē immunē fuisse ab originali peccato. Quare nō abs te  
dicerre possums, fundatam esse Societatem super strictissi-  
mā obligationē tuendi Conceptionē immaculatā Dei geni-  
tricis, vt ita Societas Iesu in hac eximia puritate fateatur,  
socios esse Filiū, & Matrem.

**3** Ad hēc in Concilio Tridentino Iacobus Laines secundus  
Generalis eiusdē Societatis ita strenuē pro haec immacula-  
ta conceptione decertasfe dicitur, dum tanquam Pontificis  
summi Theologus ibi adest, vt propterea S. Synodus in  
5. se<sup>c</sup>t. decretū illud ediderit, quo declarauit non esse suæ  
intentionis comprehendere B. Mariam in decreto, vbi agia-  
tur de peccato originali.

**4** Præterea cum in Constitutionibus Societatis nostra sta-  
tutū sit, vt in ijs, quæ ad Theologiā Scholasticā spectant, se-  
quantur professores nostri Doctrinā sanct. Thomæ; Quinta  
nihilominus Congregatio generalis idē statutū confirmās,  
præcepit, vt in eo, quod ad conceptionem B. Mariæ spectat,  
recedant à sanct. Doctore, & adhærent sententiaz, quæ im-  
maculatam conceptionē affirmat. Vnde omnes eius scripto-  
res in eam veritatem conspirarunt, quorunt multi (quæ Deo  
sint gratiæ) mira eruditione, & grauissimorū argumentorū  
pondere ex professo stabilierunt. Omnes autem, quos ego  
sciā Doctrinam hāc prælo mandasse, sunt numero 52.

**5** Primus Illephonus Salmeron ex primis decē Patribus  
Societatis Iesu lib. 2. in Epistola ad Roman. à disput. 49. ad Canisius  
59. in cap. 5. illius Epist. 2. Petrus Canisius lib. 1. de Deipa. Turrian.  
ra à cap. 5. Tertius Turrianus in Epistola ad Iacobū Amio. Bellarm.  
tū Episcopū Antisiodorensem. Quartus Bellarminus to. Suarez.  
3. li. 4. de Ammissione gratiæ ca. 15. & 16. Quintus Suarez 3. p. Valencia  
to. 2. disp. 3. Sextus Valencia to. 4. disput. 2. quæst. 1. puncto Vazq.  
2. Septimus Vasquez 3. p. to. 2. disp. 117. Octauus Pererius Pererius  
lib.

Perierius libro quinto in Daniel. pag. 126. & 262. Nounus Barradas.  
 Barradas libr. 6. concordia, cap. 3. pag. 473. Decimus Ioannes Fer-  
 loa. Fer- nandez in thesauro Sacrae Scripturae versu calcaneus nu. 1.  
 Iustinia. Vndeclimus Iustinianus in cap. 2. prioris ad Thimotheum,  
 P. Mora. & in cap. 11. epist. ad Heb. duodecim. Petrus Morales in  
 cap. 1. Matth. libro. 3. tract. 1. de preseruatio. Mariae. De-  
 cimus tertius Carolus Magnotius in monitis Marianis mo-  
 Car. mag nito 2. Decimus quartus, Christophorus de Castro in vita  
 Chriſ. Cas Beatae Mariae. Decimus quintus, Martinus Delrios in ope-  
 Delrios. re Marianio in festo conceptionis, & in id Canticorum. 4.  
 Maldon. Tota pulchra es, &c. Decimus sextus Maldonatus in c. 9. Mat  
 Lorinus, th̄ai super illud, non veni vocare iustos, sed peccatores. Decimus  
 septimus Lorinus in id Psalm. 95. honor Regis iudicium di-  
 ligit, & in id Ecclesiaste 7. mulierem autem non inueni. Deci-  
 mus octauus, Bonifacius in vita Deiparae. Decimus nonus,  
 Totetius. Toletus notat. 9. in cap. 3. Ioan. vigesimus Salas, 1. 2. to.  
 2. quæſt. 81. tract. 3. diſp. 1. ſect. 5. Vigesimus primus A-  
 coſta, lib. 6. de Christo reuelato, cap. 1. num. 17. Vigesimus  
 feſcundus, Ioan. de Pineda in illud Iobi 14. Quis potest facere  
 mundum, &c. Et in egregio opusculo ſuper priuilegiū Re-  
 gis Aragonij. Vigesimus tertius Ludonicus de la Puente,  
 to. 1. meditatio num par. 2. meditatio. 3. Vigesimus quartus  
 Mazari. Mazatinus, in Psalm. 50. diſcurſu 96. Vigesimus quintus  
 Arnaya. Arnaia in meditat. 69. B. Mariæ, meditat. 2. Vigesimus  
 ſextus Iacobus Sedmundus in notation. ad epiftolas Petri  
 Henriquez. Celenſis lib. 6. epift. 23. Vigesimus septimus Henriquez,  
 tomo. 2. libro vltimo, cap. 10. litt. D. in Comment. Vig-  
 esimus octauus, Cornelius Cornelij. in cap. 5. epift. ad Ro-  
 man. vers. 12. 29. Mesa in verbo Maria, n. 2. 4. & 34. 30. La-  
 lata. Lata vers. Maria, propositione tertia, 31. Coſterus, medi-  
 tatione 1. de conceptione. 32. Brunnus tom 4. meditat. 1. de  
 Brunnus. conceptione. 33. Oſorius in ſet. de conceptione. 34. Riba-  
 ſorius. denira in floribus ſanctorum, die octauuo Decembriſ. 35.  
 Ribaden. Coſmas Magallanius in cap. 2. prioris ad Thimoth. feſt. 4.  
 Magali. annotatione. 6. 36. Illfonſus Rodriguez tom 3. tract. c. 6.  
 Rodriguez. 37. Ribera in cap. 6. Micheg, num. 15. pag. 606. col. 2. ini-  
 Ribera. tio. 38. Viegas in capit. 12. Apocaliſi. comni. 3. ſectione 4.  
 Viegas. num. 3. in fine. 39. Hieronymus Forenſis in confeſſione  
 Ille. For. Auguſtiniana. libro ſecundo, capit. 1. numero ſexto. 40.  
 Natalis, Hieronymus Natalis in tractatu de laudib. as Deiparae in fi-

ne voluminis in Euang. fol. 553. tit. de Concepſio. 41. Be- Beatus.  
 canus opuscul. de p̄eſteſtin. Catholicor. cap. 2. & 5. & de Bufeſus.  
 auxilijs gratia Christi capit. 3. 42. Buſens in Enchirid. me. Azorius.  
 ditatione de conceptione. 43. Azorius tom. 1. iuſtitio. Rebellus.  
 Moral. libro quarto, capit. 3. 4. & tomo. 2. libro 1. capit. 21. Aluarez  
 44. Rebellus in vita Christi, libr. 3. capit. 1. art. 6. §. 3. 45. Maturus.  
 Jacobus Aluarez de pace, tomo ſecundo de vita ſpirituali  
 libr. 1. part. 1. capit. 9. §. certum eſt etiam. 46. Petrus Ma-  
 turus in annotatione ad ſanctum Antoninum, tertia parte  
 ſumma historiæ, titul. 42. capit. 11. de ſancta Brigitta, §.  
 3. 47. Franciſcus Arias, prima parte profeſsus spiritualis,  
 traſcitu quarto, cap. 23. initio. 48. Petrus Sanchez de Reg  
 no Dei, libro ſecundo, capit. 2. num. 2. 49. Villanova traſ-  
 citu quarto, de oratione, capit. 14. 50. Paulus Comitolus  
 libro ſexto reſponſionum moral. quæſt. 40. 51. Peltanus  
 de peccato originali traſcitu ſexto. 52. Villacastin in Ma-  
 nuali exercitorium, meditatione prima, de Conceptione  
 puncto tertio. Arias.  
Sánchez.  
Villano.  
Comitol.  
Pectan-  
VillaCas

Omitto eos, qui Theologiā publicē profeffi ſunt, & ſcri-  
 pta ſua nondum p̄alo mandarunt: Hi enim, ſi quando oc-  
 currit occasio de conceptione B. Mariæ differendi, hāc do-  
 triñā immunitatis eius ab originali ſecuti ſunt, nec minus  
 diſterre Concionatores eiusdem Societatis in festo concep-  
 tionis, & quotiesad populum de hac re cōciones habuerūt,  
 & habēt, candē veritatē docēt, & perſuadere conatūt, iure  
 igitur optimo noſter Vazquez vbiſup. de immaculata con-  
 ceptione B. Mariæ diſferens; Noſtra, inquit, Societas tam verbo  
 quām ſcripto, vbique, ſemperq; ita ſenſit, & docuit.

## C A P. XVI.

Argumentum Vndeclimum pro immaculata co-  
ceptione ex cōſensu totius ferè populi fideliū.

HOC eſt unū ex efficatoribus argumētis, & in hūc mo-  
 dū cōfici potest. In ijs, quæ ad religionē, & pietatem  
 ſpectant, illa doctina eſt vera, quā omnes ferē fideles  
 cuiuscumque ordinis, & gradus ampleſuntur. Sed omnes  
 ferē fideles cuiuscumq; ordinis, & grad⁹ ampleſuntur doctri-  
 ñā, quę habet, Beatam Virginem Mariam preſeruatam fuſi-  
 ſe à peccato originali, & ea ſpectat ad religionem, & pie-  
 tatem.

tatem. Ergo doctrina, qua habet, Virginem Mariam præseruatam ab originali, est vera. Consequentia est euidentia. Minor quoad priorem partem probatur primo, quia Manuale Prædicatorum, de quo diximus in capit. 4. distinet testatur, totam ferè Ecclesiam sentire, B. Mariam fuisse præseruatam, & cum illud editum sit nonaginta abhinc annis, & indies. hæc pia, & sancta celebritas magis, ac magis cordibus fidelium adhaerescat, multò verius id ipsum nunc dici potest, & debet. Vnde Lorinus, qui paucis abhinc diebus in urbe Roma Ecclesia capite suos edidit cōmēt. in Psalm. de clarans versum. 4. Psal. 98. affirmat immaculatam Conceptionem defendi, Tota ferè approbante Ecclesia, atq; festinè ubi vis præter pauculos celebrantes: Vnde etiam est illud, quod cecinit Petrus Burus Canonicus, & affertur à Pineda in Aduertentia 4. ad priuilegium Aragonia Regis.

Lorinus.

Burus.

*Quis modo conceptum dubitet celebrare Mariam?  
Quis renuat festis annuathura dare?  
Nulla est Religio, nulla eudes religiosa  
Hic ubi conceptus nunc taceatur honos.  
Par mibi miraclo risum est hac festa dicari,  
Christicolas inter clymata quotquot habent:*

Secundum probatur ea pars minoris inductione. Nam primò Summi Pontifices à tempore Sixti 4. satis ostendunt se in hanc Doctrinā inclinare, ut ex adductis in cap. 9. patet. Secundò, in eandem doctrinam conspirant. Nā multos certe scimus esse huius sententiae, ut Archiepiscopum Tolaternum Hispaniarum primatum, Archiepiscopum Hilpalensem, cuius in hac veritate dilatanda, & propugnanda est eximia laus, Archiepiscop. Granaten. Archiepiscop. sancti Jacobi, & Archiepiscop. Burgen. Episcop. etiam Siguntinum, Conchensem, Oxomensem, Algarbiensem, & alios: nullum autem nisi ex familia sancti Dominici assumptū, qui contra sentiat.

Tertiò, omnes Academias, ex quibus Parisiensis, Valentina, & Oslensis nullum insignet Doctoratu, aut Magisterio, qui iuramento non se obliget ad hanc veritatem tuendā. Quarò, omnes familiae religiosorum, vna excepta, in quib; tot lucent viri literis, & sanctitate præstātes. Quintò, nullum Regem contraria sententia nouimus, hanc verò & nostre Philipp' Tertius amplectitur Regia, & Christiana pietate, & illo

& illo antiquiores reges, quorum priuilegia, & præsertim nobilis Ioannis Aragonia Regis nunc denō in lucem edita sunt. Sexto Duces, Marchiones, Comites, Equites uno febre ore immaculatam Conceptionem clamant. Septimo vieti, & feminæ pietate & sanctitate insignes quotquot ferē nunc viuunt, & hisce retro scutulis floruerunt.

Octavo homines plebeij & infimæ nota. Nec nō ipsi etiā infantes per plateas, & compita vociferatur immaculatam Conceptionem, ab ore vix recedere patientes. Scriptores omitto, quia vix aut neuix quidem aliquis cōtrarium scribit, & quotquot Theologi sunt extra clarissimā sancti Dominici familiam id ipsum scripto, aut voce profitentur. Unde obiter patet, quām falsō soli indocta plebi sententia tributatur.

Hactenus de priori parte minoris propositionis: posterior vero non indiget probatione, cum contestet ad pietatem, & religionem spectare doctrinā immaculatę Conceptionis, non enim est res Philosophica, nec inter Theologicas exigui momenti, quin potius inter veritates, quæ nondum ab Ecclesia definitæ sunt, vix aliqua maioris momenti reperiuntur, & magis digna Concilio Generali.

Superest nunc probanda maior initio huius argumenti proposita. Probatur autem primo, quia in materia de Fide docet vera sententia, in rebus quæ ad fidem, aut mores pertinet, nō posse errare omnes Theologos, aut Episcopos eiusdem scutuli, aut temporis, nomine autem omnium non significatur omnes omnino, sed ferè omnes, quia pauci simi pro nullis debent reputari. Cū ergo nō solū ferè omnes Episcopi, & Teologi, sed alij etiam innumerū amplectantur Doctrinam immaculatam Conceptionis, in eo certè errare non poterunt, & ita vera Doctrina erit. Secundò probatur, quia ad prouidentiam diuinam spectat nō permittere nō solū, vt vniuersa Ecclesia, quæ veritatis columnā est, decipiatur, sed etiam vt ferè tota illa erret: perinde enim est, vniuersa ferè Ecclesiam decipi, ac si tota deciperetur, sic enim verissime diceretur, Congregationem aliquam absolutè defecisse ab studio disciplinae religiosæ, si ferè omnes defecissent. Est ergo vera Doctrina, quam in rebus ad pietatem spectantibus vniuersa ferè Ecclesia Complectitur.

Tertiò, quia nullum exemplum ex antiquis Ecclesiasticis histo-

historijs afferetur, ex quo constet, serè totam Ecclesiam in aliquod dogma consiprasse, idque ex licentia & beneplacito summorum Pontificum, & Conciliorum, & nihilominus illud postea falsum fuisse reperatum. Quamuis enim alii cubi dicat S. Hieronymus, miratum olim fuisse totum orbē, quod repente Arianus factus esset, non id intellexit S. Pater de Doctoribus, & fidelibus, sed de ijs, qui Ariangēs labore infecti fuerint, quos Ecclesia condēnabat; qui tam quā niam plurimi fuerunt, & inter illos principes Ecclesiastici, & saculares potentissimi, totius aut ferè totius orbis nominē adepti sunt. At verò nullibi legitur, omnes ferè fidèles quādiu in fide, & obedientia Ecclesia permanerūt, falsi dōgma fuisse fecutos.

Dicit aliquis: Ante tēpora Sixti IIII. totā ferè Ecclesiā, & Patres illū sensisse B. Mariā Conceptam in originali, & cūm Ecclesia antiqua sit eadē cum illa, qua modo vigeat, nō posse dici omnes ferè fidèles sentire B. M. fuisse preservata. Sed hoc nullius momenti est; primō, qui ostendemus in c. 18. nūquam totā ferè Ecclesiā, & Patres aliter sensisse, imo in omni sāculo fuisse propugnatores immaculatæ Conceptionis, nihilq; ferè adduci posse ex patribus in contrarium, quod manifestam solutionem nō habeat. Secundō, quia vis argumenti in eo sita est, quod nullo vñquā tempore omnes ferè fidèles iusdem sēculi consipraverint in Doctrinā, quæ vera non sit: Quare cum perspicere hisce nostris sēculis videamus omnes ferè fidèles pro immaculata Conceptione quasi pro aris atq; fociis decertare, id ipsum magnū veritatis argumentum est: imo inde colligitur, nūquā in prīcis temporibus, totā ferè Ecclesiā aliter sensisse, ne aliqui qui fateri cogamur, quod euertere contendimus, scilicet aliquando omnes ferè fidèles falsam doctrinam fuisse sequentes. Sed de hoc infra cūm obiectiōne aduersariorū diluēmus.

Nunc addenda sunt duo: vnum est, hoc tempore per innumerās Vrbes, & oppida pueros noctū diuque capere Hispano sermone Cantilenas in honorem immaculatæ Conceptionis: quod non leue veritatis indicium est, iuxta illud Psal. 8. octau. Ex pre infantium, & latentium persecutiōnē, quod testimonium ab Assertore nostro adductum fuit Matth. 24. vt probaret ipsum esse verum Messiam, quando nūquā in fanti-

fantibus acclamantibus, Hosannē Filio Danid, nonnulli sapientes obſtrepebant: Sanè infantilis aetas doli, & malitia, incapax eo ipso habilis est, vt ab ipso Deo aſtimatur ad teſtandam veritatem. Nec obſtat quod ab hominibus adultis, aetas edoceantur; nam diuina prouidentia hoc medio vtitur, vt infantes testari possent veritatem, quam alioqui non nouerant: & eā certè non tam ex corde promulgarent, & canere non desisterent, niſi Deus ad præſtandum moueat; quod autem moueat, manifestum est; nam laudibus prosequi immaculatam Beat. Virginis Conceptionem, lictum est, imo laudabile, & à summis Pontificibus approbatum, Deus autem author est cuiuscumque boni honesti, & præſertim ad cultum diuinum spectantis.

¶ Alterum est, non parui pendendum esse vulgi testimoniū, quod mira acclamatiōne, & continua pietate Virginem sine originali fuisse Conceptionem testatur. Nam Sanct. Clemens Romanus lib. 3. recognitioni non longè ab initio Clement. Simonem loquentem: Non tibi videtur absurdum, ut imperitis populis de nostris dictis habeat iudicium? Cui sic B. Petrus respondit: Non ita est, nam saepet etiam fama vulgi prophetia speciem tenet, super hac autem omnia praesens hic omnis populus amare Dei constitutus biens adstat, verique agnoscendi gratia. Quā sanè responsio applicari optimè potest his, qui cōtemnunt acclamatiōnem vulgi etiā, & Conceptionem immaculatam. Tator quidem non est in firmā autoritatē istarum Recognitionū, quia non confirmat esse sanct. Clementis: sed nihilominus contemni non debent, cum non pauca vtilia documenta contineant, & à viris doctis aliquando referantur horū librorum testimonia: vide Bellarm. de Scriptor. Ecclesiast. in S. Clemente.

## C A P. XVII.

Argumentū 12. Singularis fidelium plausus hisce Mensibus in celebranda immaculatæ B. Mariæ Conceptione.

Scriberē cāpitulus hunc de Conceptione librum immenſe Septembri Anni Domini 1615. in quo à Mensel Februario singularis fuit fidelium plausus in celebrādā.

onceptione B. Mariæ, qui certè durat adhuc in mensem Januarij anni 1616. & creditur duraturus, donec Ecclesia maiorem huic veritati firmitudinem addat, vt additurum esse speramus. Et quidem in hac amplissima, & Virginis Mariae deuinissima Vrbe Hispalensi prælo mandate sunt Cantilenæ idiomata Hispano composite in honorem immaculatae Conceptionis absque peccato originali, quæ non sine Dei nomine adeo vniuersis placuerunt, vt innumeri infantes, & pueri non solum in Scholis eas canerent, sed per plateas, per calles, per compita, diu noctuque ab earum cantu cœcessarent, nec vlli alij versus audirentur in tam ampla civitate; nec Infantes solum, aut Pueri; sed Adolescentes viri, Senes, Plebeij, Nobiles, Clerici, Religiosi multorum Ordinum in multis ad eum finem editis publicis pôpis per totam Vrbem discurrentes, mirabili plausu, & deuotissima acclamatione prædictas cantinelas, contenta voce concinebant; multu quidem noctu, multi etiam in media luce. Videre sanè erat ex magna domo Familia S. Francisci, ex ordine Tertio Fratrum Minorum, ex domo Professa, ex Collegio Societatis Iesu, ex almæ huius Ecclesiæ cathedralis Sacrario, ex multis Parecijs frequenti hominum omnis æta tis, & Ordinum concurru proceßiones, qui omnes una voce indefinire clamabant B. Mariæ absque originali peccato Conceptionem. In multis etiā Ecclesijs per octo dies celebratum est festum immaculatae Conceptionis mirabiliter templorum ornatu, suauissimo musicoru concentu, concionibus ad hanc immunitatem à magni nominis cōcionatoribus habitis, ignibus, sulphurei pulueris tormentis, fulgerorū cœlo micantium copia, & latissima cimbalorum, atque aliorum instrumentorum pulsatione.

Porro cum felicissima dies illuxit, octaua nimis Decembris, quæ immaculatae Conceptioni sacrata est, vix potest lo go sermone describi, quid in hac ipsa Vrbe Hispalensi acciderit, nā & in templo Maximo singulari, & artificiose caparari sonitu ad vesperas in perwiglio concinendas, signu datus, cui tota Vrbe cimbalorum plausus consenserit. Matutina hora illius noctis eadē celebritate, qua in Vigilia Natalis Domini celebrata sunt: Civitas in ea nocte luminu, & ignium splendore atque calore elucebat, & ardebat tota, omnium Ecclesiæ campana latissimum sonitum edebant, fideles omnes

omnes eximia, ac deuotionis plena letitia perfundebantur. Dies denique ipsa solenissima Archiepiscopali missa, celeberrima pompa, & in alijs Ecclesijs festiuis omnino laudibus celebrata est: duravitq; per octo dies in non paucis, quanquam inter omnes palmam tulerit conuentus maximus B. Francisci, qui solemnissimum festum egit, si alia quam solemne celebratum est.

Item vero non solum in hac Hispalensi Vrbe, sed in innumeris alijs Bæthica & vtriusque Castellæ Ciuitatibus, & in oppidis tâta acclamatione Conceptionis immaculata ab eodem ferè Mense Februario ad hunc usq; diem celebratur, vt nihil aliud multis retro seculis accidisse meminerint senes, aut historia tradiderint memoriq; posterorū. Et huiusc rei locupletissimi testes esse poterunt inter alias vrbes nobilissimæ Toletana, Xeréss, & Astigitana. Omitto tam Hispal, quâ multis alijs in locis vix esse viam plateam, domu, aut domorum angulum, vbi descripti non depe deant tituli Conceptionis immaculata significantes, inter quos nō insinu sanè locu obtinet, qui pro foribus huius collegi Hispalensis Societatis Iesu cernitur, & qui in hoc nostro gymnasio Theologorū pietate, & liberalitate elaborat<sup>9</sup> est.

Ex quibus omnibus efficax profecto argumētum deducit pro veritate Cōceptionis immaculatae. Quis enim credit Deum sua prouidentia permisurum, vt in honorem cuiusdam falsitatis tanta celebritas instrueretur, aut quo p. & falsum erit, quod á tot tantisq; viris, & tam innumeris multitudine celebratur mouente interius, & non minus efficac, quam suu impulsu excitante Spiritu diuino ad hunc honorem Virgini deferendum? aut quis non ad hæreditatem sententia, quam tot, tantisque indicijs Deus vera esse demonstrat? certè cum de referendo aliquo homine in sanctorum numeru agunt Pontifices, id inter alia diligenter inquireti precipiunt, quid de illo homine sentiant, quis plausus aut acclamatio, quis concursus in sepulchrum illius, & similia: quia nimis hoc est non leue indicium verae sanctitatis. Cum ergo immaculata B. Matiæ Conceptionis tam mirabilis plausus, & acclamatione celebretur, indicium profecto veritatis maximum est.

Nec obstat, aliquos esse, & doctos, & pios, qui contra sentiant: nam & hi comparatione eorum, quipro immaculata

Conceptione decertant, paucissimi, aut fere nulli sunt, & eorum contradicatio non sine Dei numine accidisse videtur, quo gloriosius prædicaretur, & firmi<sup>o</sup> omnium fere animis inhereret Beatam virginem Mariam absque originalis culpa labe fuisse conceptam.

## C A P. XVIII.

**A**rgumentum 13. seu Appendix capitum præcedentium, in quo neicitur Catena sanctorum Patrum, & Doctorum, qui ab exordio nascientis Ecclesiæ in singulis seculis immaculatam Conceptionem testati sunt, aut illi multum fauerunt.

**N**ON parum roborabitur veritas immaculatae Conceptionis, si ostenderimus, non esse nouum inuentum, aut sententia paucis ab hinc annis excogitatum, sed ab exordio nascientis Ecclesiæ credita, & assertam à sanctis Patribus, & Doctoribus sive omnino expressæ, sive verbis, quæ multum indicant, eos ita sensisse. Hoc enim arguētandi genus magnisit à Theologis, & ijs, qui controversias aduersorū hæreticos scribunt, dum Catholicas veritates corroborat: magnum, quippe veritatis indicium est consensus Patrum, & Doctorum in omnibus seculis, & consequenter aliquornm fidelium, qui quod sapientes sui seculi docebant, id & non aliud amplectebantur. Quamvis autem in superioribus proterius omnia fere Patrum, & Doctorum testimonia, quæ pro immaculata cōceptione inuenire potuimus, operæ pretium erit nunc adnotare quo in leculo, & anno singuli floruerint, & ita illorum omnium catenam fabricare.

## I. SOE C V L V M.

*Ab anno primo Christi Domini ad annum 100.*

**C**onciliū **I**n hoc primo seculo conceptionē immaculatam B. Mariæ stabiluit Concilium Hierosolymitanum celebratum ab Apostolis, de quo in cap. 6. dictum est: nā si illud fuit idēmet, quod in Actis Apostolorum scribit Lucas celebratū, ut definiretur non esse cogendos ad circumcisione genitiles,

qui ad Christi Domini fidē conuerterebantur, hoc certè celebratū est anno 51. ut probat Baron. tom. i. Anal. Si vero fuit aliud Concilium, quod nōnulli putant celebratū, quādo Apostoli diuinum numine cōvenerunt Hierosolimā, ut assisterent morti B. Mariae, hoc certe celebratum est anno 58. nā beatissima virgo obiit anno etatis suę 72. qui iuxta veram chronologią est à Nativitate Dñi, quæ virgo B. peperit agens annum 14. Sideniq; (quod fortasse verius est) Synodus ista coacta fuit viuēte adhuc S. Iacobō maiori, cuius discipuli doctrinā immaculatae conceptionis in Hispaniam adduxerunt, certius erit huīus Cōcilij testimonium pertinere ad 1. seculum: nam S. Iacobus ante 51. Christi Domini annum, ab Herode occisus est.

**E**andē veritatē testati sunt S. Andreas, & S. Iacobus minor, quorū testimonia retulimus in c. 6. & ante septuagesimum Christi Dni annum obiisse certum est. Cumq; Apostolis fuerit adeo nota veritas hæc immaculatae Conceptionis, nemo iure dubitare poterit, eandē cognitā fuisse SS. martyrib. Clemēti, Polycarpo, Timotheo, & Dionys. qui in hoc seculo floruerūt, & Apostolis fuere cōiunctissimi.

S O E C V L V M . I I.

*Ab anno Domini 101. ad 200.*

**I**N secundo seculo recenserī potest inuictissimus martyr sanctus Ignatius, quia quāvis in Cathedra Antiochenæ Ecclesiæ sedere cōperit anno Domini 71. ac proinde in 1. seculo, sedit tamē annos 40. & ita passus est saltē anno 111. qui pertinet ad seculum 2. Ignatium ergo immaculatam Beatae Virginis Mariæ Conceptionem credidisse, illud inter alia persuadet, quod fuerit discipulus sancti Ioannis Euangelistæ, qui interfuit Concilio Hierosolymitanō, vbi veritas hæc stabilita est, & eam sine dubio docuīse videtur discipulum suum, præfertim cum singularis fuerit sancti Ignatij erga beatam virginem Mariam affectus, ut satis indicant duæ illius ad sanctum Ioannem epistolę, imò in priori illarum habentur hæc verba, quæ conceptionem immaculatā indicant. *Sicut nobis* (inquit sanctus Ignatius) *a fide dignis narratur, in Maria Iesu (scilicet matre) humana natura natura sanctitatis Angelica sociatur.* quæ autem alia poteſt esse societas ista sanctitatis, nisi illa, quæ nullum omnino pecatum admixtū habuit? hoc enim est peculiaře sanctitatis

L 2 Ange-

*S. Audri-*  
*S. Iacob-*  
*minor.*

*Clement-*  
*Policha-*  
*Timoth-*  
*Dionys-*

*Ignatius*

### DISP. III. DE ESSENTIA

Angelorum, ut nullius omnino peccati rei vñquā extiterint.  
Virgo ergo sola inter puros homines huic Angelicæ sancti  
tati sociatur, quia immunis est ab omni peccato, non ab ac-  
tuali solum (id enim alijs puris hominibus concessum fuis-  
se credunt non in docti) sed etiam ab originali.

Scio Bellarmino non videri has Epistolas ad Ignatius scri-  
ptas, sicut nec aliam eiusdem ad B. Mariam; par enim est ha-  
rū trium auctoritas. Sed nihilominus S. Bernard. serm. 7.  
in Psal. Qui habitat meminit Epistolam S. Ignatij ad B. Vir-  
ginem. Quare testimonium ex Epistola producatur relatum cō-  
temni nullo modo debet. Credibile enim est sanctissimum  
martyre iterum, & saepe ad Magistrum suum Ioanhem literas  
dedit, & interdum salte ad B. V. quam Joannes receperat  
in suam. Iure etiam optimo coiijcere possumus eiusdem pur-  
ritatis B. Mariae assertores fuisse sanctum. Justinum marty-  
rem, qui floruit anno 150. & S. Ireneum martyrem, qui vi-  
xit anno 180. quia quamvis eorum expressa testimonia non  
habeamus, vicini omnino fuerunt temporibus Apostolorum,  
& eorum lacte nutriti, sicut & S. Ignatius.

### SOECVLVM. III.

*Ab anno 201. ad 300.*

**O**rigin. **A**d 3. Saeculum spestant Origenes, qui floruit anno 226. 6.  
**T**auma- & S. Gregorius Taumaturgus, qui electus est Episco-  
tur. pus ad annum 233. vtriusque testimonium retulimus cap.  
**C**iprian. 12. sanctus etiam Cyprianus relatus capite 11. qui floruit an-  
no 250. nemo autem dubitabit, discipulos horum Magi-  
strorum eandem veritatem ab illis edoctos fuisse, maximē  
cū S. Gregorius fuerit B. Mariae Virginis deuinctissimus,  
quippe qua ei cum sancto Joanne Evangelista apparuisse  
dicitur, & confessionem fidei docuisse.

### SOECVLVM. IIII.

*Ab anno 301. usque ad 400.*

**A**thani. **A**sseruerunt in hoc 4. Saeculo immaculata Conceptio-  
**Hilar.** nē S. Athanasius anno 340. S. Hilarius anno 355. San. 7.  
**Ephrem.** Ephre anno 370. S. Ambrosius anno 374. S. Epiph-  
Ambr. nius anno 380. S. Hieronymus anno 390. & S. Chrysostomus anno 390. quorum testimonia retulimus in capit. 11.  
Hyper. & 12. & eadem sine dubio fuit mens discipulorum, quos tam  
Chrysostomi magistri habuerunt.

### SOE-

### PECC. ET IVST. ORIG.

83

### SOECVLVM. V.

*Ab anno 401. ad quingentesimum.*

**I**llustrarunt hoc saeculum disficiens ab eo tenebras originis peccati, quatenus B. Marię animam obscurare poterant S. Augustinus, qui florebat circa annum 420. S. Cyrilus Alexand. Theodoretus, Sedulius, Proclus Episcopus Constantinopolit. anno 430. & Chrysippus anno 500 vide illorum testimonia in cap. 8. 10. 11. & 12.

### SOECVLVM. VI.

*Ab anno 501. ad 600.*

**S**ANCTVS Gregorius Primus huius nominis obiit anno 604. à Nativitate Domini, & 14. Pontificatus sui, sed itaq; proinde in Cathedra S. Petri anno 590. & propterea ad 6. saeculum pertinet. Illius autem testimonium pro immaculata conceptione attulimus in capit. 10. & dubitari non potest fuisse quoque in eodem saeculo plures alios, qui inter opera Ambroſij, Hieronymi, Augustini, Cyrilli, & aliorum hanc veritatem legerent, & tantis Magistris, fidem haberent.

### SOECVLVM. VII.

*Ab anno 601. ad 700.*

**P**ertinent ad assertores immaculatę conceptionis in hoc saeculo Sophronius Patriarcha anno 630. relatus, capit. 8. S. Isidorus eodem anno, & S. Illefonius anno 658. Illefonius. quorum testimonia retulimus cap. 11.

### SOECVLVM. VIII.

*Ab anno 701. ad 800.*

**G**ermanus Patriarcha, qui floruit anno 720. & sanctus Damascenus anno 721. conceptionem immaculatam testati sunt verbis, quę retulimus in cap. 12.

### SOECVLVM. IX.

*Ab anno 801. ad 900.*

**S**anctissimus equę ac sapientissimus vir, qui propter humilitatem sibi atsumpsit cognomen idiota, floruit anno 902. secundum Bellar. Sed quoniam Ferreolus Locrius suo opere, quod inscripsit Maria Augusta, sensit floruisse paolo post annum 800. ut constat ex annotatione super cap. 25. libri primi predicationis operis, id est ad 9. saeculum renocamus testimonium illius, quo nullum expressius est pro immaculata conceptione ut patet ex verbis adductis, cap. 11.

L 3

S A E

August.

Cyrillus.

Theodo.

Proclus.

Cyrius.

Ab anno 901. ad 1000.

**F**ilibertus Carnotensis Episco. secundum Ferreolum in sua Maria Augus. pertinet ad seculum 10. quia licet obierit anno 1028. creditur multo antea floruisse, ac proinde circa annum 1000. vide testimonium illius in c. 11. §. 5.  
S. OE C V L V M. XI.

Ab anno 1001. ad 1100.

**T. Dam.** Cardinalis P. Damian anno 1060. S. Ansel anno 1081. 14  
**Anselm.** B. Bruno anno 1088. conceptionē immaculatā docuerunt, ut patet ex adductis in cap. 10. sicut etiā Ibo Carnotensis eodē anno, sive 1100. Plures quoq; alios fuisse tūc eiusdē, immaculatā conceptionis propugnatores, inde patet, quod tēpore S. Anselmi iūm festum hoc celebraretur, & teuelatio facta Helcino Abbat; de qua diximus in cap. 1. sect. 2. celeb̄tis admodum esse cōcepserit.

**Rupert.** Rupertus Abbas anno 1119. Richard. de S. Victor. & Bernard. S. Bernard anno 1130. & S. Domin. anno 1200. quorū testimonia pro-immaculata conceptione, vide inc. 10.  
Domini. S. OE C V L V M. XIIII.

**S. Thom.** In hoc seculo iam magis celebrabatur immaculatā cōceptionis festum. Nā S. Thom. & S. Bonav. anno 1265. non solum affirmerunt B. virginem fuisse conceptā sine originali, ut patet ex locis adductis cap. 10. sect. 5. quāvis alibi dixerint oppositum, sed etiā testantur suo tēpore celebrati solitūm hoc festum ab alijs Ecclesijs, & earum consuetudinem non esse omnino reprobandā.  
S. OE C V L V M. XIIII.

Ab anno Domini 1301. ad 1400.

**Scotus.** IOANNES Scotus, qui vixit anno 1308. quem fecuti sunt innumeri alij discipuli, & fratres Ordinis S. Francisci. Herbeus Natalis, & Magister Generalis Ordinis Prædictorū, dicatorum, qui floruit anno 1320, cuius testimonium attulimus cap. 11. ad idē seculum pertinent. S. Brigitra anno 1360. de cuius testimonio diximus cap. 13. Ioantes Tauler, & Thomas Argentinas anno 1350. vide Coccium lib. 3. de Deipara, art. 1.

Ab anno 1401. ad 1500.

**I**n hoc seculo immaculatam conceptionem docuerunt Cō. Basili. Patres Con cilij Basiliensis, quod inchoatum est anno S. Vinc. 1431. de quo supra cap. 8. Sanctus Vincētius Ferrer an. S. Bern. no 1410. Sanctus Bernardinus Senensis anno 1430. Beatus Senensis Laurentius Iustinianus anno 1440, de quibus cap. 11. Dio- B. Laur. nysius Carthusianus sanctissimus, atque doctissimus anno Iustinianus 1450. relatus cap. 5. Nicolaus Cusanus in codē anno apud CARTH. Cusani Coccium supra, & multi alij.

**N**ON est, car aliquem in speciali pro hoc seculo refe- COIS Docē ramus: nam omnes ferē Doctores immaculatam conce- ptionem affirmarunt, ita ut Mannale Prædicatorum editum in prædiō seculo testetur, totam ferē Ecclesiam ita sentire. Vide adducta in cap. 14. & 16.

**N**UNC non pauciores, sed plures quām in seculo præcedenti immaculatā conceptionē affirmant, & singula- i rissima signa præbētur huius veritatis, ut in c. præcedēti ostendum est. C. A. P. XIX.

**Argumentum 14. pro immaculata Conceptio- ne, seu prima ratio petita ex admirabili dignitate matris Dei.**

**M**ILLUSTRE sanè, & efficacissimū est hoc argumentum, in quo exultare posset eloquentissimi cuiusquā oratio, nec minori suauitate canere poëta post degustatā Ambrosiam. Nec insuane est illud Baptiste Mātuasi, ut ante alias dapes degustetur, dum B. Mariam laudibus prosequeretur.

Quod si syderei tanto splendoris honore.

Fulgat, ut aeterno qui temperat ordine mundum.

Geslarit gremio, latannerit ubere dulci,

Strinxerit amplexu, summog; vocarit Olympo,

Quare illam in nostras opus est detradere fides,

Et turpi infestare luto?

**S**ic igitur argumentor. B. Maria est marerī Dei. Ergo non contraxit peccatum originale. Antecedens est ex fide cer-

tissimum. Consequentia probatur primò auctoritate Pa<sup>3</sup>  
 August. trum: nam S. Augustinus in lib. de natura & grat. cap. 36: propterea dixit à B. Virgine deuictum fuisse omni ex parte peccatum, quia concipere ac parere meruit eum, quem constat nullum habuisse peccatum, de quo testimonio plura diximus cap. 10. idem constar ex verbis S. Andreæ Apostoli relatis c. 6. ex verbis S. Dominici, Ricardi de S. Victore, Petri Damiani, & Fulberti relatis c. 11. & S. Cyrilli Alexandrii adductis in fine capituli 12. omnes enim isti Patres ex dignitate matris Dei inferunt immunitatem illius ab omni cul-

Anselm. pa. Quibus adiude nunc S. Anselmum, qui in longo illo sermone, qnem Ecclesia Romana olim recitabat in feito Conceptionis iuxta officium ordinatum à Nogarolo, totus est in hac consequentia probanda elegantissimè. Vnde in lectione 5. quartæ dicti infra octauam huius festivitatis: Si aliqua, inquit, alicuius peccati macula Conceptio Virginis corrupta fuit, fundamentum habitaculi sapientia Dei non congruebat: ipsi structura non cohoberebat: & quomodo fieri potuit, ut peccati propitiatio rnum, & idē esse haberet cum peccato? Et in lectione 1. quinta diei: Ut ad hanc, inquit, felicitatem matris Dei, excellentiam peruenires, in utero matris tua purissima originabaris: quod si tali modo concepta, & ordinata non sufficeris, in tantamce studinem non sucreveris.

Secundò probatur eadem consequentia. Beata Virgo fuit 3. preferuata ab omni peccato actuali, etiam veniali, quia fuit mater Dei: ergo ob eandem rationem præseruata fuit á peccato originali. Antecedens est certum secundum fidem, quia non solum omnes Doctores, sed etiam Ecclesia id tenet, ut

Trident. affirmat Tridentinum fess. 6. can. 23. & definitum fuit à Concilio Claramontano sub Urbano 2. qui illi præfuit, ut refert Claram. Vasquez disp. 117. ex Vega lib. 14. in Tridentinum cap. 18. Consequentia verò probatur, quia omnes rationes, quæ adduci possunt, ut persuadeant B. Mariam, quia Deigenitrix fuit, debuisse præservari á peccatis actualibus, etiam venialibus, non minus, sed multò magis efficaciter persuadent, debuisse præservari á peccato originali.

S. Thom. Et quidem S. Thom. 3. p. q. 27. art. 4. Angelico planè argu- 4. mento probat, in B. Maria nullum, ne levissimum quidem actualē peccatum extitisse: Quia, inquit, illos quos Deus ad aliquid munus elegit, ita preparat, & disponit, ut ad id, ad quod eliguntur, innerviantur idonei. B. autem Virgo fuit electa diuinitus, ut esset mater.

mater Dei, & ideo non est dubitandum, quod Deus per suam gratiam eam ad hoc idoneam reddidit: non autem fuisse idonea mater Dei, si peca casset aliquando. Primo quia honor parentum redundat in prolem, vnde & per oppositum ignominia Matris ad Filium redundasset. Secundò, quia singulariter affinitatem habuit ad Christum, qui ab ea carnem accepit, quia autem conuentio Christi ad Beliam: Tertiò, quia singulari modo Dei Filius, qui est Dei sapientia, in ipso habitauit, non solum in anima, sed etiam in corpore. Dicitur autem Sap. 1. in maleuolam animam non intrabit sapientia, nec habitabit in corpore subito peccatis, & ideo similiiter fatendum est, quod B. Virgo nullum actualē peccatum commisit, nec mortale, nec veniale. Haec tenus angelicus Doctor.

Ego fanè non video, quis elegatior ratiocinandi modos, quis accōmodatior, & efficacior discursus adprobandā nostri argumenti consequentiā, nimirum illam. Ergo B. Maria non contraxit peccatum originale. Redeo igitur ad argumentum initio huius capituli propositum. Si B. Maria contraxisset peccatum originale, non esset idonea Mater Dei, sed B. Maria est idonea Mater Dei. Ergo B. Maria non contraxit peccatum originale. Consequētia est evidens, minorē nemo Catholicus negat, nec audebit negare nisi impudentissimos, consecutionem maioris probo. verbis fete S. Thomæ proximè relatīs. Primo, quia Mater, ex qua redundat ignominia in Filium Dei, non est idonea Mater Dei. Sed si B. Virgo contraxisset originale, fuisset Mater, ex qua redundaret ignominia in Filium Dei. Ergo non esset idonea mater Dei. Major & consequētia patent. Minor probatur, quia sicut honor parentum redundat in filios, ita & ignominia. Sed peccatum originale est ignominia Matris, quia illud habet. Ergo ea ignominia redundaret in Filium Dei, si Mater eius haberet peccatum originale. Minor est manifesta, quia quod reddit Matrem inimicā Deo, filiam irā, subiectam damnationi, & ream aeternā pœnā, quidpiam ignominiosum est, sed peccatum originale hos omnes effectus habet: Ergo quidpiam ignominiosum est, nec cōparari potest cū hac ignominia illa, quæ prouenit ex leuissima culpa veniali: Ergo si à Beat. Maria Mater Dei excluditur quodvis peccatum veniale, ne ignominia illius redudet in Filium Dei, excludendum profecto est peccatum originale, ex quo longè maior ignominia in Filium Dei derinaretur.

Secundò probatur eadem consecutio maioris, quia non esset

esset idonea Mater Dei illa, quia haberet conuentionem cū Belial, sed si Beat. Virgo contraxisset originale, haberet conuentionem cum Belial, ergo non esset idonea Mater Dei. Consequentia est evidens, maior patet: quia Filius Dei nullum habet conuentionem, seu coniunctionem cum Belial, vt pote sibi inimicissimo, idest, cum Dæmoni, qui eo nomine appellatur quasi sine iugo, quia iugo Dei subij-

*S. Thom.* ci noluit vt recte declarat sanct. Thom. 6. in caput. 6. posterioris ad Corinth. super illa verba, *Quæ conuentio Christi ad Belial?* Mater Dei propter singularem affinitatem ad Christum Dominum, debuit non habere conuentionem cū acerimo hoste ipsius Christi; vnde si coniunctionem habuisset, eo ipso incongrua Mater esset Christi Domini. Minor probatur, quia peccatum originale reddit animam Filiam Belial, & participem hereditatis eius, nempe damnationis æternæ, cumq; sit habitualis inobedientia ad Deum, constituit animam sine iugo, seu rebeldom Deo, quæ autem maior coniunctio, quam illa ad Belial? ergo si Beat. Virgo contraxisset peccatum originale, haberet coniunctionem cū Belial. Sanè propter peccatum veniale multò minus coniungitur homo dæmoni, quam propter originale. Ergo si illud excluditur à Matre Dei, ne conuentionem habeat cū Belial, multò magis excludi debet originale.

Tertiò probatur, quia illa non est idonea Mater Dei, cuius anima est maleuola, & corpus subditum peccatis. Sed si B. Virgo contraxisset originale, anima eius esset maleuola, & corpus subditum peccatis. Ergo non esset idonea Mater Dei. Coasequentia est evidens, maior patet, quia Filius Dei est Dei sapientia per anthonomasianam, sapientia autem non intrat animam maleuolam, nec habitat in corpore subdito peccatis, vt docet scriptura, quia non est idoneum habitaculum illius: vnde si mater sit habitaculum Filii, non foret idonea Mater sapientiæ Dei illa, quæ maleuolam animam haberet, & corpus subditum peccatis. Minor probatur primo; quia illa anima est maleuola, quæ voluit malum contrarium diuinæ legi, & amicitiæ Dei, anima autem, quæ haberet peccatum originale, voluit transgredivi legem diuinam, & rescindere Dei amicitiæ, vt patet ex primi disputatione huius libri. Illud etiam corpus est subditum peccatis, quod est pars hominis habentis peccatum originale, quod quidem appelle-

appellatur peccata, quia est origo omnium peccatorum; iuxta illud Psalm. 50. *In peccatis concepit me mater mea.* Secundò Tp. 50. dō, quia multò magis maleuola est anima habens peccatum mortale, quam habens veniale, sed á Beat. Virgine excluditur veniale, ne anima eius sit maleuola. Ergo potiori Iure excludi debet originale, quod est mortale.

3 Atque hinc tandem sumitur confirmatio discursus, quæ ab Angelico Doctore didicimus, & hactenus roborauiimus. ~~E~~ illa culpa debet magis á Beat. Virgine excludi, quæ magis opponitur dignitati Matris Dei: sed culpa originalis magis opponitur dignitati Matris Dei, quamcula venialis: ergo culpa originalis magis excludi debet á Beat. Virgine, quamcula venialis. Consequentia est evidens: maior patet, quia culpa magis opposita dignitati Matris Dei reddit illam minus idoneam ad tantum munus obeundum, ac proinde debet esse longior ab illa. Minor probatur secundò, quia culpa originalis est multò grauior, quam venialis, & magis inficit animam, redditque dissimilorem Deo, vt in disp. i. probatum est. Secundò quia rationes hactenus adductæ ex S. Thom. multò efficacius ostendunt dedecere B. Virginem peccatum originale, quam leuisimum veniale.

9 Ex quibus patet, non esse aptam solutionem argumenti in hoc capite propositi, peccatum originale cōmisum fuisse voluntate aliena, & ideo non dedecere Matrem Dei, sicut dedecet veniale quācumque leue; quia cōmittitur voluntate propria, & affert actum positum inordinatum, realiterq; in anima existentem. Non, inquam, est apta solutio: quia si crimen hoc non obstat, quo minus peccatum originale sit absolvē culpa, eaque multò grauior, quæque magis opponitur Deo, & dedecoret animam inimicam Deo, filiam ire, & habitaculum dæmonis, quæ tamen omnia ab originali peccato proueniunt: vnde minus apta est ad dignitatem Matris Dei, quæ fuit eius inimica, & ei exosa, ac dæmoni grata, quā quæleuisimum peccatum commisisset, quod cum Dei ~~amicitia magna;~~ dæmonis odio compatible est, quicquid ergo probat in Matre Dei non fuisse peccatum ~~veniale;~~ longè efficacius persuader non extitisse originale.

10 Ad extremum qui attentè perpenderit, quanta sit dignitas Matris Dei, quācumque sublimis à Patribus prædictetur, planè comperiet, hanc gratiam, seu priuilegium præfer-

**S. Bona.** præseruationis à peccato originali esse maximè consentaneum, & suo quasi iure debitum matri Dei, non quia non fuerit gratia, & priuilegium, sed quia in tam profundo gravitatem mari non debuit hæc guttula desiderari. Eleganter tamen B. Bonavent. in opusc. de laudibus B. Mariae cap. 7. *Omnia, inquit, flumina intrant in mare, & mare non redundant, quia omnia flumina gratiarū intrat in Mariā, & dignitatē eius nō excedunt.*

## C A P. XX.

## Cæteræ rationes pro immaculata B. Mariae conceptione breuiter afferuntur.

**S**ecunda ratio, seu decimum quintum argumentum pro immaculata conceptione desumitur ex B. Mariae cum Angelis sanctis comparatione, & in hunc modum formari potest. Angelis sancti nullum omnino peccatum habuerunt. Ergo B. Maria non solum nunquam commisit peccatum personale, sed nec habuit originale. Antecedens est certus, & praetertim quod attinet ad peccatum lethale; nam ut in materia de Angelis probatum est, Deus condidit omnes Angelos gratia præditos, & qui Dei præcepto non obtemperarunt, in inferorum carceres detrusi sunt, cæteri vero quia Deo obedientes, ac proinde ab omni peccato immunes permanerunt, gloriam semipternam adepti sunt, in qua nullum potest esse peccatum.

**I. Idiot.** Consequentia vero probatur multipliciter. Primò, quia priuilegia, seu beneficia gratiæ collata alijs sanctis, non debent negari matri Dei, quæ longè superat omnes illos: vnde Idiota sapientissimus in contemplatione virginis cap. 2. ait. *Sanctorum omnium priuilegia esse in Maria, & neminem esse illa maiorem, nisi Deum.* Et S. Bernard. in epist. 175. *Quod vel paucis, inquit, mortalium constat fuisse collatum, fas certe non est suspicari tanto virginis fuisse negatum.* Nec obstat, hos Patres videri agere de sanctis hominibus; nam eadem feret ratio est in Angelis, quos sine ulla comparatione excedit virginem, preterquam quod de Angelis etiā loquitur Idiota. Cum ergo hi ab omni peccati labore puri fuerint, id ipsum priuilegium virginis concessum fuisse dicendum est.

Secundò probatur. Quia B. virgo electa est a Deo, ut esset Angelorum Regina, & super illos omnes longe exalta-

**Bernar.** ta, ut patet ex innumeris sanctorum Patrum testimonijis, que apud varios Doctores facile reperientur & ex illis, que in hac disputatione a nobis adducta sunt, & etiam ex cōfessione totius Ecclesie. Quis autem non videat, incongruum omnino esse, Reginam, & Dominam Angelorum minus aliquando fuisse puram, quam illos, immo omnino impuram, ut pote Deo inimicam, & deemonis filiam, id enim prouenit a peccato originali? Certe cum innocentia, seu immunitas ab omni culpa sit ceteris paribus longè excellentius beneficium, quam remissio culpæ iam contractæ, ut ex sancto Thom. & vera Theologorum doctrina ostendimus 3. p. 89. Angeli supra Reginam, ac Dominam suam hanc laudem habuissent, quod illi semper puri, & innocentissimi, hæc aliquando impura, & noxii extitisset; quod profecto indecorum est. Vnde eleganter sanctus Anselmus in illis verbis cap. 11. relativis. *Angelos, inquit, alijs peccantibus à peccato seruauit, & famam matrem suam futuram ab aliorum peccatis exortem seruare non potuit in eternitate consilij sui statuit, eam Dominatricem, & Regnam fore Angelorum, & nunc inferiorem gratiam Angelis datam in conformatum conceptam esse crederemus hominum peccatorum?* Quasi diceret, nullo pacto. Tertiò denique probatur, quia minus dedeceret, Reginam Angelorum culpa venialis, quam originam, sed quia priuor est Angelis, non habuit culpam ~~venial~~ <sup>originam</sup>. Ergo multò minus originalem. Minor, & consequentia patent, de veritate maioris satis in cap. precedenti dictu est.

5. Tertia ratio est illa vulgatis, sed optima, que concludat argumenta pro immaculata conceptione, & sit numero 16. Si Deus Beatam Mariam ab originali peccato non præseruasset, id certe enieret defectu sapientiæ potentia, aut voluntatis diuinæ: sed nulla istarum causarum reddi potest: Ergo Deus Beatam Mariam ab originali peccato præseruavit. Consequētia est evidens, & maior omnino certa: quia cum ex se non sit impossibile, Beatam virginem creari immunem ab originali, ad aliquam causam reuocari debet, quod non fuerit præseruata. Et cum præseruatio sit beneficium diuinum; certe ex parte Dei assignari oportet causam, ob quam illud in Virginem non contulerit. Causa autem non potest esse nisi, quod nesciuenter, quod non potuerit, aut noluerit. Solùm igitur superest probanda maior. Et quidem defec-  
tu sapientiæ id eueniare non potuit, quia Deus summe sapientiæ

rię id euenire non potuit: quia Deus summa sapientia est, & nihil eam latere potest, vnde cum aliquo tandem modo possibilis fuerit präseruatio, B. Marię à peccato originali, is modus Deo cognitus fuit. Nec minus manifestum videtur defectu parentia id accidere non potuisse: nam Deus omnipotens est, nullumque proinde bonum est possibile, quod ipse conferre non valeat: cum ergo immunitas Virginiis ab originali sit aliquod bonū, illudque aliqua ratione possibile, non potest dici defuisse Deo potentiam, qua eam immunitatem conferret. Denique ad defectum voluntatis æquū non est id reuocari: nā Dei erga B. M. amormaximus est. Cū autē diuinus amor efficax seu maximē ait insit, maxima facit: quomodo ergo denegāda erit Deo voluntas seu amor præseruandi Virginem ab originali, cum non denegetur amor seu voluntas conferendi in illam alia beneficia, quæ minora sunt: certè virginitas perpetua minus bonum est, quam præseruatio ab originali, illa enim sine culpa esse potest, hac verò non. Ergo cum ex amore Dei erga B. Mariam inferatur ei concessam fuisse virginitatis lauream, inferri sanè debet, concessam quoque fuisse immunitatem.

*Bandel.* Rcspondet Bandelus in secund. part. sui tract. ad ratio 7. nem 13. de Potentia absoluta potuisse Beat. Mariam ab originali præseruari, & consequenter Deum non latuisse modum, quo eam præseruaret: de potentia autem ordinaria id fuisse impossibile, & propterea re ipsa nō evenisse. Causam autem huius impossibilitatis duplice assignat: prior est, quia eo ipso quod Adamus peccauerit tamquam caput generis humani, & Beat. Virgo ab eo per semen virile descenderit, non potuit non contrahere peccatum: posterior est, quia Deus decrevit, nullū hominē ad gloriā perducere, nisi redéptum à Christo Domino: redemptio autem supponit peccatum, & cōsequenter B. Maria non potuit ex vi præsentis decretri diuini eligi, nisi supposito, vt ita efficeretur cōpax redēptionis.

Sed hæc solutio non satisfacit, primō. Quia non reddit 8 Bandelus sufficiētes rationes, ob quas de Potentia ordinaria fuerit impossibilis præseruatio: patebit enim manifeste in cap. sequente, licet B. Maria descendat ab Adamo per semen virile, optimē cohætere immunitatem illius ab originali, & in capit. 25. perpicuē ostendemus Beat. Virginem

ginem cumulatissimè fuisse redēptam ab Assertore nostro, quantūcumque non contraxerit peccatum originale. Secundō: quia quicquid ex absoluta potētia est possibile, potuit Deus de potentia ordinaria facere, si ex aeternitate sua sic res dif posuisset, & efficaciter fieri voluisset. Ratio autem nostra contendit, ex immenso amore, quo Deus Beat. Virginem præfecutus est, recte inferri, ita omnia difposuisse, vt re ipsa immunis esset ab originali, ac proinde de ordinaria potentia esset possibile. Quis enim Matrem suam, quam vincere diligit, & diligere debet, non prosequetur omni honore, quo prosequi potest, si vellet; aut quis non videt, sine detrimento maioris honoris, & gloriæ diuinæ potuisse à summa sapientia, & Omnipotenti ita oninna disponi, vt Mater Dei nunquam fuisset Deo inimica, nunquā filia demonis, & rea pœnæ semipiterna? Quod si absque villo detrimēto maioris honoris, & gloriæ diuinæ id accidere potuit, quis credit Deum facere non voluisse? Exstinet hoc qui vult, (recolo verba sancti. Anselmi ad hoc ipsum adducta cap. i. §. 3.) Argumentis suis probet, qui vult: his, quæ dicimus, adveretur qui vult. Ego donec ostendat Deus mihi aliquid dignius, & excellētius Domina mea posse dici, quæ dixi dico, quæ scripsi, non muto. Et quoniam in eam spem erexit sum nunquam fore vt Deus aliud mihi ostendar, quæ dixi, voleo me semper dicturum, & quæ scripsi, non mutaturum.

## CAP. XXI.

Declaratur facilis modus, quo Beata Maria præseruata fuit à culpa originali.

**H**actenus probatuest, B. V. Dei genitricē immunē fuisse à peccato originali: nunc modus huius præseruationis declarandus est. Quia in re mihi sane perfacilis, & expedita via videtur, si dicamus: ideo B. M. non habuisse peccatum originale, quia in ipso temporis puto, quo rationalis anima illius creata est, & in corpus infusa, perfudit illā Deus gratia habituali sanctificatiō, quæ cū peccato lāthali, quale est originale, incōpabilis omnino est, saltē ex lege cōmuni, imo ex absoluta potētia iuxta probabiliō opinione, quā in materia de grat. trac. 8. sequuti summus. Ita: cū pec-

peccatum originale sit ipsum actuale Adami ad nos transsum, & in essentia nostrarum animarum verè, & immediate, licet moraliter existens, ut in disp. 1. declaratum est, gratia vero sanctificans seu habitualis immediate inhæreat substantia animæ, ut in materia de gratia tract. 4. cum S. Thoma dicebamus, eo ipso quod gratia infundatur animæ, iā non est ibi nullum peccatum mortale; fortuntur quippe effectus omnino contrarios: peccatum enim mortale reddit animam inimicam Deo, filiam irę, reā mortis sempiteruā, gratia vero habitualis reddit animam amicā Deo, filiā pacis, & hēdem vitā sempiternā. Non ergo anima habens gratiā potest saltē ex cōmuni lege habere peccatum lethale personale, vel originale: ac proinde anima B. Mariae, quæ ab exordio sua creationis, seu in ipso primo puncto sua existentiæ, decorata est dono gratiæ sanctificantis, nullum mortale peccatum, & consequenter nec originale habuit. Rursus quoniā ab originali culpa existente in ipsa anima essentia deriuantur ad intellectum, & voluntatem aliqui effectus, ni mirū priuatio fidei, & aliorū donorū, nec non charitatis, & virtutum moralium, neque quoad illos habuit culpam originalem Virgo Maria, quia prædicta facultates à sui exordio ornatae sunt habitibus supernaturalibus fidei, spei, & charitatis, & aliarū virtutum. Imo longè probabilius est, quod docti Theologi sentiunt, in illo primo creationis instanti habuisse B. Mariam usum rationis, roborante Deo corporis imbecillitatē, & teneritudinē, ac proinde eliciuisse intensissimos actus fidei, spei, & charitatis, quibus se disposuit ad infusionē gratiæ sanctificantis, & aliorum donorum, sicut se Angeli disponuerunt, & se disponunt adulti, cum ad Deum convertuntur. Sed de hoc latet cùm de sanctificatione Virginis disputabitur. Vide Suarez 3. p. to. 2. disp. 4. sect. 7. & Vasquez 8. & Vasq. disp. 190. Denique in corpore B. Virginis nihil fuit, quod in primo Conceptionis momēto dici posset peccatum originale etiam impropriè, quia caro illa ab initio fuit sancta, & purissima, ut in capite 2. huius disputationis explicatum & probatum est, vnde non habuit eam impuritatem, quę in alijs hominibus dici potest, & solet materia peccati originalis dici, iuxta dicta in 1. disputatione. Om nino ergo B. Maria immunis fuit à peccato originali.

Obijciet aliquis, nō bene inferri B. Virginē fuisse immu-

4  
nem

nem ab originali ex eo quod in primo sua creationis exordio ornanerit illam Deus gratia sanctificant: nam in primo instanti, quo peccatum mortale inficit animam, non excluditur gratia sanctificantis, sed potius tunc simul existunt gratia, & peccatum. Ergo quamvis in primo Conceptionis instanti haberet Virgo gratiam, potuit simul etiam de lege cōmuni habere peccatum originale. Antecedens docet P. de Lorca 1. 2. to. 2. disp. 40 pag. 8. 3. §. 3. Dico, vbi id Lorcæ. tribuit Scoto in 2. dist. 37. q. vñca §. Ex ista solutione & proposito, quia priusquā expellatur gratia, oportet peccatum esse cōsummatum saltē interno consenserit, sed in primo instanti non est cōsummatum. Ergo in primo instanti nō expellitur gratia.

Verum hęc obiectio nullius momenti est, & continet doctrinam prorsus improbabilem, ne quid amplius dicam. Et quidem Lorca nō agit de peccato mortali habituali, imo in pag. 804 ex professo docet, peccatum mortale habituale, & gratiā sanctificantē esse omnino incōpatibilis etiā de potestate absoluta. Cū ergo originale sit peccatum mortale habituale, non erit cū gratia cōpatibile, etiam secundum prædictū authorē, & consequenter recte infertur, B. M. fuisse immunis ab originali, ex eo quod anima illius cū primum cōcreta est, decorata fuerit dono gratiæ sanctificantis.

Sed quamuis peccatum originale esset actuale, non potest dici simul in eodē instanti reperiri posse cū gratia habituali, saltē de lege cōmuni: nā omnino certum est in eodēmet instanti tēporis, quo peccatum actuale mortale cōmititur, destruī gratiā habitualem. Primo, quia in instanti, in quo homo est absolūtē inimicus Deo, non habet gratiā; sed in primo instanti, quo cōmittit peccatum lethale actuale est absolūtē inimicus Deo. Ergo non habet gratiam. Consequientia est evidens, maior certissima, quia per gratiā redditur homo absolūtē amicus Deo, vt patet ex Trid. sess. 6. Cū absoluuta amicitia. Minor euidenter probatur, quia in illo primo instanti anteponit homo creaturā Deo, & se auertit ab illo, eiq; infert grauem iniuriam. Nec probabiliter dicitur tunc non esse consummatum peccatum saltē interius, cū iam habeat totū suum esse; imo immediate post primum instantē non repugnet destrui; lex enim generalis est rerū, quæ incipiūt in instanti, sc̄i per primū esse habere simul totā entitatem in primo instanti; sicut habuit Angelus qui per pri-

### DISP. III. DE ESSENTIA

num esse incipit, sed actus nostri regulariter incipiunt per primum esse. Ergo.

Secundò refellitur eadem sententia; quia Deus odio habet hominem in illo primo instanti, quo peccat lethaliter. Ergo auferit ab illo gratiam. Consequētia est euidentis, quia infusio gratiæ, seu charitatis, & illius conseruatio est maximum signum diuinæ dilectionis. Antecedēs nō minus perficie patet, quia tunc habet homo in se totam malitiam peccati lethalis, quæ est obiectum odij diuini, & non potest non displicere Deo. *Quia odio sunt illi impius, & impietas eius, ut supra testatur.*

Tertiò refellitur. Quia cum homo est iustus, est etiā hæres gloriæ. Cōtra nero, cum peccat lethaliter, est dignus inferno, etiā si vnum instans duraret culpa. Ergo impossibile est simul esse gratiam, quæ formaliter reddit hominem iustum, & peccatum mortale actuale.

Nec Scotus villo modo sentit, quod Lorca opinatus est, nam vt patet ex fine illius §. citati solūm ait, prius hominē a erti à Deo per peccatum, quām Deus cesserit a conseruacione. hoc autē de prioritate naturæ intelligendam est, vt sensus sit, propterea auferri gratiam, quia homo peccauit, non autem vi simul sine gratiæ, & peccatum.

**Argent.** Omitto alium dicendi modum, cuius meminit Argentinus in 3. dist. 3. q. 1. art. 1. nimur licet gratia, & peccatum originale non existat simul in eodem instanti rationis, existeret tamen in eodē instanti temporis, ita vt B. Virgo in illo priori rationis, quo intelligitur genita à parentibus, sit infra. Et peccato originali, licet in posteriori signo, quo gratiam accepit, fuerit ab illo mundata: omitto inquam, hunc dicendi modum: quia planè impossibilis est, & sufficienter à nobis reiecius in ca. 4. Quare perslat solidam via tuendi immunitatem Virginis Conceptionis, quia quæ in primo creationis animæ puncto gratiæ accepit non habuit culpam originalem, quæ cum illa incompatibilis est.

C A. P. XXII.

An immunitas B. M. à peccato originali colligi possit ex eo, quod in Adamo nō peccauerit, nec debitu cōtrahendi culpā originale incurrit.

Quam-

### PECC. ET IVST. ORIG.

90

**Q** Vamus modus, in capite præcedenti explicatus, satis, superq; fit ad tuendam sententiam verissimam de immaculata Virginis Conceptione, non dubiū est, quin valde conduceret ad robur eiusdē veritatis, si verum esset, iam in Adamo non peccasse, nec contentam fuisse sub illa generali lege, quā Deus statuit omnes posteros Adami māfiosos obnoxios culpe, si ipse peccasset; & ideo visum est, difficultatem hanc aliqui grauissimam, & maximē con-  
crouersam hoc loco ex professo expedire.

### S E C T I O. I.

*Peccatum Mariam in Adamo peccauisse & incurrisse debitum contrahendi peccatum originale grates Theologi acriter tueruntur.*

**D** Octores omnes, qui in ca. 4. huius disputationis affirmantr, B. Deigenitricem Conceptā fuisse in peccato originali, consequenter, & potiori iure afferuerunt, eam in Adamo peccauisse, & ex vi sua Conceptionis obnoxiam fuisse peccato, seu quod idem est, incurrisse debitum eā culpam contrahendi. In speciali vero Caeteranus to. 2. opusculo rum tract. 1. cap. 3. putat esse contrariā fidei Catholicę doctrinā, quæ Virginem eximit à debito contrahendi culpam originalem. Ex autoribus autem, qui iure optimo afferūt Dei genitricem fuisse ab originali præseruatam, non pauci dicunt, eam nihilominus in Adamo peccasse, & obnoxiam fuisse originali ex vi sua Conceptionis, sic enim sentiunt Scotus in 3. dist. 3. b. 1. ad argum. Gerson alphab. 15. lit. q. veritate 10. Corduba li. 1. questionat. q. 44. cōc. 5. Bellarm. to. 3. li. 4. de Amisso. gratiæ. ca. 16. in princip. Suarez 3. pa. to. 2. disp. 3. sect. 2. Vafquez ibidem disp. 15. Ghislerius in c. 2. Cantic. yersu 6. fol. 109. col. 2. Cornelius Cornelij in illud Rom. 5. *In quo omnes peccaverunt.* Valētia, Inflinian. Magalian. & Pōtius referendi in sect. sequenti, videnturq; eam sententiam habuisse ex S. Illesfonso, quatenus in li. de Virginitate Mariæ, elato in ca. 11. carnem Virginis appellat carnem pecatati, & ex S. Bernardo qui in Epist. ad Litudunenses, de qua egimus in eodem cap. §. 4. faltem hoc omnino contendit.

Fundamenta quibus ad hoc afferendum nituntur predicti doctores, quatuor sunt. Primum testimonia scripturae, vbi differ-

Caeter.

Scot.

Gers.

Cordu.

Bellar.

Suarez.

Vafquez

Gesler.

Cornel.

1'dfon.

Bernard.

differ-

### DISP. III. DE ESSENTIA

disserte doceatur omnes in Adā peccauisse, omnes mortuos esse morte spirituali, nullo excepto præter Christū D. Secundum testimonium Patriū non minus per spiculē affirmantū id ipsum, quod sacra Scriptura. Tertiū, B. Virginem fuisse redētam, & id verum esse non posse, nisi in Adamo peccauisse fatecamur. Quartū, B. Mariam Conceptam fuisse sub lege, & pacto initio à Deo cū Adamo de cōseruanda iustitia originali, & consequenter contineri debuisse sub pacto de eadem iustitia amittenda, ita vt si Adamus perderet, Virgo etiā amitteret, & consequenter peccaret. Proposui autem hac argumenta tam breuiter, & tangendo potius, quām vrgendo, quia in quatuor sequentibus capitibus singulatim, & ex professo afferenda & diluenda sunt propter rationem, quām in fine huius capitatis subiiciemus.

Nunc solū aduento hac fundamenta ita solida visa fuī se nōnullis ex Theologis relatis, vt Corduba dicat contraria sententiā esse hereticā, Suarez, & Valsquez esse errorē, & Bellarminus non sibi videri admodū tutam. Quanquam, Suarez postea addat nullā notam inurendam esse sententiā, quā affirmaret propter meritā Christi Dñi ita præseruatā fuisse Virginē, vt in Adamo non peccaret, dāmōdo concedatur fuisse propriē redēptam, quia debitū habebat in Adamo peccandi. Et Vasq. in disp. citata ca. 3, nu. 28. concedat Virginem propriē posse dici redemptā, si propter merita Christi D. exempta fuissest à pacto initio cum Adamo, ita vt eo peccante, ipsa non peccaret.

### SECTIO. II.

*Virginem Deiparām non peccasse in Adamo, neque ex vi sua Conceptiōnē fuisse propriē loquēdo obnoxiam peccato originali, probabilit̄ior sententia fert.*

**E**go quidem fateor, me olim priori sententię subscriptis-  
se. Sed nunc re maturiū considerata, nō solū mihi non  
viādetur digna aliqua nota, sed etiā probabilior, Dei genitri  
cēm non peccasse in Adamo, seu, quod idem est, non fuisse  
propriē obnoxiam originali, nec incurrisse debitum cōtra-  
hendi culpā originalē absolutē loquendo. Fauet imprimis  
huius sententia S. Thom. in 1. dist. 44. ar. 3. ad 3. quatenus do-  
*s. Thom.* cet, ideo puritatem B. Virginis esse maximam, quę sub Deo  
repe-

### PÉC C. ET IVST. ORIG.

reperitur, quia immunis fuit á peccato originali, & actua-  
li, sed nihilominus habuit potentiam ad peccandum, quam  
quidē non habet Deus. Non ergo agnoscit S. Doct̄or in vir-  
gine nisi potentia ad peccādum, & ita negat in Adamo pec-  
cauisse, id enim non potentia, sed actum significat.

Deinde Nicolaus de Cusa Episcop. Brixiensis, & postea  
Cardinalis creatus a Nicolao 5. vir q̄nē pius, ac doct̄us lib.  
8. exercitationum, quę habentur in to. 2. operum illius de-  
clarans illud Cant. *Sicut lilyum inter spinas,* &c. per spiculē nos-  
trām sententiā docet his verbis: *Non indiguit Virgo liberatore,*  
qui ipsam absoluerebat à sententiā in Adam, & posteros eius ex volupta-  
te carnis lata, cui nunquam subiaciuit: *nece indiguit liberatore à seruitu-*  
*ze, in qua nunquam fuit, præliberatore enim Virgo sancta habuit, ca-*  
*teri liberatorem, sola electa Dei Mater hoc habet, quod in initio essen-*  
*di sub nequitia maligni deficere nequit.*

**8** Tertiō, Ambrosius Catharinus in opusc. de Conceptione  
p. 1. cap. 1. §. Prius quām ver. & §. sequēti clarissimē idē  
docuit, sed eius verba cōmodius inferius referentur.

**9** Quartō, Salmer. in cap. 5. epist. ad Rom. disp. 49. vide-  
tur idem sentire: nam pag. 617. col. 1. *Voluit, inquit, Christus Salmerō.*  
*Mariam ab omni lege excipere, ne ullo umquam tempore esset peccato*  
*subditā.* & pag. 619. col. 2. *Nen, inquit, simpliciter fatemur, Mat-  
riam fuisse peccato obnoxiam, sed ex se, & suapte natura.* Quasi dice-  
ret, foret Virgo obnoxia peccato, si Deus sua gratia illam  
à cōmuni lege non exceperiset.

**10** Quintō, eandem Doctrinām dissertē amplectuntur Fran-  
ciscus Turrianus in epist. ad Iacobum Amiotum, & Angles *Turrian.*  
in floribus 2. Sentent. dist. 31. q. 1. de contractione peccati *Angles.*  
originalis, appendice sexta.

**11** Sextō, Canisius libro quinto de Deipara capit. 27. §. ad  
Thomam, refert ex Alberto Magno hæc verba, *Hanc sanctiss. Albert.*  
*simam Virginem solam à communi illa regula excipi, Omnes in Adam*  
*peccauerunt.*

**12** Septimō, Iustinianus super cap. 2. prioris ad Timotheū,  
n. 6. ait, esse valde probabile, Mariam non peccasse in A- *Iustin.*  
damo. Licet in cap. 11. epist. ad Heb. pag. 638. dicat, obno-  
xiām fuisse culpā originali,

**13** Octauō, Cosmas Magalian. in cap. 2. prioris ad Tim. sec. *Magali.*  
3. annot. 6. §. Addo mihi videri, ait, esse probabilem.

**14** Nono, Gregorius de Valentia tom. 4. disp. 2. q. 1. p. 2.  
M 3 in

in solutione 3. obiectionis non omnino improbat modum loquendi Catharini. & tom. 2. disp. 6. quæst. 11. punto 2. ad 7. putat probabile, & pium, Virginem Mariam exceptā fuisse à lege cōmuni.

**Pontius.** Decimò, Baſilius Ponce Variarū disput. parte 1. relectio ne 3. Non improbabiliter, inquit, affirmari posset B. Virginem etiā à debito contrahendi originalem culpam fuisse immunitam. Et quamvis ipse eam doct̄rinam non sequatur, subdit hæc verba: Non video, qui predicitam Virginis immunitatem à debito contrahendi defenserit, cur aet̄o secura censura dignus sit, quali rigidi quidam censores Complutenses illam notabant.

**Salas.** Vndeclimo. Salas 1. 2. tom. 2. quæst. 82. tract. 13. disp. 11. 16. sc̄t. 5. quæstiunc 11. nullam notam inurit aſſerētibus Beat. Virginem nō fuisse obnoxiam originali, refertq; doctores, qui codēmodo loquuntur.

Duodecimo, Cum Patres Ordinis S. Francisci paucis ab hinc diebus Toleti assertiones prēlo mandatas evulgassent, in quibus hæc propositio continebatur, *B. Virgo Maria non contraxit debitum peccati originalis*, delata est prædicta doctrina ad tribunal sancte Inquisitionis illius Vrbis, prohibitumq; pro inde, ne defenserentur. Cuius rei occasione consulti sunt doctissimi quiq; Theologi Cöpluti, Hispalis, Cordubæ, Granatæ, & in Academia Oſtunensi, innumeriq; in prædictis locis subscripti erunt huic propositioni tanquam vera, aut certe valde probabili, seu indigna quacumque, vel leuissima nota. Quorū omnium subscriptiones ad meas manus deuenierunt, imo carum plures ad supremum Tribunal quæſitorum fidei Matri tum; vbi eadem propositio iterum diligenter discussa est, & post discussionē editum decretum a prædicto supremo Tribunal, Præſidenti Cardinali Toletano tanquam supremo Generali fidei Quæſitore, quo declaratum est, Nihil esse quod impediret, quominus prædicta doctrina Typis excusa defenderetur, præceptūq; vt Toleti prædictas aſtertiones liberē tueri liceret, vtq; id conſtareret Toleti in die S. Illefonſi, accerrimi propugnatoris B. M. missus, est a supremo Tribunal Nūtius, qui decretū illius diligenter Toletū deferret, in cuius totius rei fidē apud me habeo literas Secretarij prædicti supremi Tribunalis, datas Matri ti 2. dīc Januarij huius anni 1616. Quæ omnia ideo hoc loco notata sunt, ne quis deinceps audeat prædicta propositio nem̄

nem notare, aut notatam ad Quæſidores sacræ fidei referre.

18 Nunc ad illius explicationē recoleendum est ex prima hiuſ libri disputat, vt peccatum originale deriuari posset ad posteros Adami, necessarium fuisse pactum initum a Deo, ratione cuius volūtates omniū posterorū in ipso constitue rentur, vt ita eō peccante ceteri peccarent, & manerent obnoxij culpæ originali, eām q; re ipsa contraherent, cum possea per ſemē virile a primo parente defendērent. Quod igitur nos in praeferti existimamus, illud est, B. Mariā hoc pacto ſeu lege cōtineri debuisse; ſi vim & naturam legis atzenderemus: lex quippe cum sit vniuersale præceptum, ſollet omnes comprehendere. Sed nihilominus ex ſpeciali priuilegio propter Chrifti D. meritā exceptam fuisse ab hac lege, ita vt, quantum ad transuſionem culpæ originalis, non eſſet voluntas Beat. Mariæ conſtituta in voluntate Adami, neque Adamo peccante, ipſa peccaret; ac proinde cum Concepta eſt, non fuerit obnoxia prædicta culpæ; nec debitum contraxerit illam incurriendi proprietate, & absolute.

19 Dicatum eſt autem proprietate & absolute, quia ſecundum quidem & improprietate dici posset hoc debitum incurriſſe radicaliter ſeu remotē, quatenus attenta natura legis, ſeu pacti generalis initi cum Adamo, comprehendenda erat Virgo ſacratissima, niſi ſpeciali priuilegio exciperetur a Deo, vt dicatum eſt. Et in hoc improprio ſenu Gregor. de Valentia in Valenc. illo loco tom. 4. que m̄ ſupra retulimus, dixit, eſſe ex fide certum, Beat. Virginem incurriſſe debitum contrahendit originale, ne alioquin cogam credere, tam doctum Theologum ſibi contradicere: cum ibidem, & in loco relato ex 2. tomo appetet, vt vidimus, pium, & probabile, quod hic appellat hæreticum, ſc̄ilicet Beat. Virginem non fuisse obnoxiam peccato originali, ſeu non incurriſſe debitum contrahendi.

20 Inter omnes tamen, quos legerim, rem aſtertione huius ſectionis propositam optimè declarabit Ambros. Catharin. ſupra his verbis: *Nos gratiam, & merita Filii eius* <sup>i</sup> *E s V* *Chrifti perspicientes contra aſſerimus, ita vt liberam illam* (*ſc̄ilicet Virginem Beatiſimam*) *ac liberatam ab ea lege omnino conſtruumus.* Dico libera- tam, quia Dominus ſibi conſtituit Matrem ſub illa lege: dico libera- tam, quia ne concluderetur, favor ſuit, prærogativa fuſt, priuilegium fuſt.

## SECTIO. III.

Sententia hactenus explicata probatur auctoritate Patrum.

**Anselm.** Illustre admodum pro hac sententia est testimoniū S. Anselmi in eo sermone, quē semel, & iterum in hac disput. retulimus ex officio ordinato à Nogarolo pro festo Cōceptionis, & approbato á Sixto 4. In lectiōne enim i. quarta diei huius festiuitatis: *Vas, inquit, electionis cognominatus, (S. Paulus) omnes homines in Adam peccasse fatetur. Vera viue sententia, & cui contradici, nefas esse pronuntio: sed cum eminentiam gratiae Dei in te (Maria Virgo) considero, sicut te non intra omnia, sed supra omnia quā facta sunt, ineffabil modo contineor; ita te non lege naturae aiorum in tua Conceptione denūctam esse opinor.* Et in lect. i. sextē diei: *Te igitur, inquit, Domina minime credere quo, te morte peccati in tuo Conceptu potuisse prægrediari. Considerare animus hoc vitalis, intentio abhorret, lingua fateri non audet.* Quibus verbis manifestè docet S. Pater, Virginē non fuisse obnoxiam culpa originali: nam si fuisset, potuisset sine dubio morte peccati prægrauari.

Deinde Jacob. de Valentia super id Cant. i. *Dum effet Rex in accubitu suo, afferit hæc verba S. Augustin ex serm. i. de Nat. tui. Virginis, si tamen Augustini est. Quis vnguam in Virginis corpore, aut anima locus potuit inueniri peccato, quæ ad instar tabernaculi est effeta? Constat autem, si in Adamo peccauisset, & obnoxia fuisse culpa originali, potuisse in illa inueniri peccatum?*

Præterea si recolatur, & expéndantur plura ex testimonijis supra adductis pro immunitate B. Mariæ ab originali, non obcurè colligetur ex illis, eam non fuisse obnoxiam culpæ, nec in Adamo peccauisse. Imprimis S. Iacobus in sua Litura appellat B. Mariam, *Modis omnibus irreprehensam*, vt cap. 6. retulimus. Si autem in Adamo peccauisset, iniuriā aliquā liberè Deo irrogasset, id enim est proprium cuicunque peccato: sed omnis iniuria eiusmodi est digna reprehensione faltè aliquo modo; idest faltè in capite, seu in Adamo: Ergo non foret omnibus modis irreprehensa. Non ergo in Adamo peccauit secundum B. Iacobum.

Deinde valde fauent huic sententię verba illa, quæ in libris Granatenib[us] habentur. *Mariam non tetigit primū peccatum. Si enim in Adamo peccauisset, illius esset aliquo modo*

primum peccatum, seu culpa nostrorū parentum: verè ergo diceretur ad Virginē pertinuisse, ac proinde illam tetigisse.

24 Tertiō non minus ad rem est, quod ex Concilio Tridentino fess. 5. referebamus supra in cap. 8. Constat enim ibi agi à Concilio de peccato originali, quatenus singulis Adami posteris inest, & quatenus exitit in Adamo, quo peccatum omnes peccauimus: afferit enim in confirmationem dogmatis, quod ibi stabilitur, verba Apostoli ad Roman. 5. *Per unum hominem peccatum in hunc mundū intravit, in quo, idest, in Adamo Omnes peccaverunt, illaque iterum repetit: mo nullo alio testimonio probat veritatem peccati originals; cum ergo postea subdat, non esse sua intentionis B. Mariam comprehendere in decreto, vbi agitur de peccato originali, nō solum agit de actuali contrictione peccati, sed etiā de debito contrahendi. Confirmatur; Quia Tridentinum affirmat, non esse suę intentionis comprehendere Virginē sub illis verbis Apostoli, In quo omnes peccaverunt, nam post illa adducta subiunxit, se non intendere eam comprehensionē. Sed hoc est testimoniu[m], cui nituntur qui affirmant, Dei genitricem in Adamo peccasse: Ergo non est intentionis Concilij comprehendere Virginē sub ea generali propositione. Omnes in Adam peccauerunt. Ergo sicut ex dictis verbis Concilij Tridentini intulimus loco citato, illud valde fauere sententię affirmanti B. Mariam non incurrisse culpam originalē, ita inferri potest, & debet, illud valde fauere affirmantibus Virginem in Adamo non peccasse.*

Quarto, S. Hieronymus relatus cap. 10. se ct. 2. ait: Ideo Virginem dici immaculatā, *Quia in nullo corrupta est.* Si autem in Adamo peccasset, in eo certè corrupta esset, nā peccare corrumpi est in sensu, in quo Hieronymus ibi loquitur.

26 Quintō testimonium S. Augustini de Natura & Grat. ca. 36. ibidem se ct. 3. relatum illustre est pro nostra sententia. Nam si nullam, cùm de peccatis agitur, vult haberi de Virginie M. quæst. certè cùm agitur, an omnes peccauerint in Adamo, non vult de Virg. quæsti, seu dubitari. Deinde si vt ibidem ait, collatū est Virginī plus gratię ad vincendū omni ex parte peccatum, profecto in Adamo non peccauit, aliqui quomodo omni ex parte vicisset peccatum, si verè dicitur, peccauisse? est etiā fatis ad rē, quod dixit idē S. Doctor sermone 12. in Natali Dñi (vt retulimus ca. 5. in fine) scilicet,

enī dixit Angelus, *Ave gratia plena*, ostendisse iram primā sententia ex integrō exclusum fuisse: hoc enim verū nō est, si Virgo contineatur in ea sententia, *In quacumque die comedēris, morte morieris*, quod non solum de morte corporis, sed de morte animae, quam in primo parente omnes incurrimus, dictum esse certum est. Fuit ergo excepta ab illa legē, & cōminatione, ac proinde in Adamo non peccauit.

Sextō, eandem vim habent verba S. Cypriani, seu auctō 27  
ris Tractatus de cardinalibus Ch̄risti operibus addnēta cap.  
11. §. 1. ex sermone de Natiuitate. *Non suslinebat iustitia, ut il-  
lud vas electionis, scilicet Virgo Maria, communibus laſaret in iuriis,  
quoniam plurimum à ceteris differens, natura communicabat, non cul-  
pa.* Si autem in Adamo verē peccauisset, sicut & ceteri pec-  
cauerunt, verē culpa cōmunicasset, & non sola natura.

Septimō, S. Anselmus, seu potius Heruēs adductus in 28  
codem cap. 11. §. 3. declarans illud Apostoli, *Si unus pro om-  
nibus moriūs est*, ergo omnes mortui sunt, affirmat excipiendam  
esse ab hac generali regulā matrem Dei etiam quoad culpā  
originalem. Sed hic locus Apostoli est potissimum, cui ini-  
nititur Caietanus, ut Beatā Virginem in Adamo peccauisse  
certum putet. Ergo Anselmus, aut Heruēs credit id ē  
in Adamo non peccauisse, nec minus ad rem est, quod idem  
S. Anselmus de Conceptu Virginali capi. 8. ibidem relatus  
dixit, scilicet debuisse virginē nitere ea puritate, qua ma-  
ior sub Deo nequeat intelligi; maior enim puritas est non  
esse obnoxiam culpā originali, nec in Adamo peccauisse;  
cumque aliunde non repugnet redēptioni per Christum  
Dominum, ut manifeste ostendimus cap. 25. eam planē pu-  
ritatem concedendam Marii credit Anselmus.

Octauō, expresa sunt pro nostra sententia verba Richar- 29  
di de S. Victore, quē retulimus in illo cap. 11. §. 5. *Non de-  
cuit, ut caro Maria qualicumque culpa foret obnoxia*. & alia eiusmo  
di in cap. 2. in Cant. *Tota fuit pulchra, quia nullum in ea locum ha-  
buit peccatum; habuisset enim, si verē diceretur in Adamo peccauisse.*

Nōnō, P. Dāmian, ibidē relatus, dum dixit, nihil vitij in 30  
corpo, aut anima virginis vendicare sibi potuisse locum,  
fatis facit eidē sententia; nā si ex vi conceptionis fuisse ob-  
noxia peccato, & debitrix culpā, potuisse certē culpā lo-  
cum in ea sibi vendicare, licet re ipsa illā non contraxisset.

Decimō, quod Rupert. Abbas dixit ibidē, scilicet virgi- 31  
nem

nē liberā esse ab omni iugo peccati, indicat etiā in Adamo  
nō peccauisse; nā qui in Adamo peccauit, subiecto est culpā,  
quare nō verē dicitur, ab omni iugo peccati liber existere.

Vndeclimō, dū Presbiter Crisypus relatus ca. 12. Virginē  
appellat solis ortū, qui nullū ferre potest ocamsum, indicat  
satis nō potuisse in Virg. cadere tenebras peccati origina-  
lis: potuisse autem cadere, si ipsa fuisse obnoxia peccato.

33 Duodecimō, eandē vim habent illa verba Germani Pa-  
triarchē, ibidē, dum ait, Mariā nulli penitus culpa fuisse af-  
finē. Quomodo enim non fuisse affinis culpe, si in Adamo  
peccauisset, & propriē debitum incurrendi contraxisset.

Claudat hēc Patrum Ecclesiae testimonia, quod extra Ec-  
clesiā stabiliuit Vlpian. in l. Princeps, ff. de legib. sic dicens:  
34 *Princeps legibus solitus est, Augusta autem licet legibus soluta nō est,*  
*Principes tamē eadem illi priuilegia tribuunt, qua & ipsi habēt.* Qua-  
si dicaret, si intra Ecclesiam Catholiciā loqueretur: Regina  
mundi, ac proinde Mater Dei Principis suprēmi, licet ex  
natura sua futura esset subiecta legi illi generali, In qua-  
cumq; die comedēris, morte morieris: ac proinde peccāte  
Adamo, ipsa quoq; esset peccatura: Nihilominus Christus  
Rex contulit illi ex priuilegio, quod ipse habebat per natu-  
rā, ut nimirū ab illa lege libera esset. Vnde Rex Assuerus  
alloquens Reginā Ether, que fuit typus B. Mariae in ca. 15.  
illā exceptā esse declarauit cōmuni lege, quam contra a-  
lios tulerat, dicens: *Noli metuere: non morieris, non enim pro te,  
sed pro omnibus hēc lex constituta est.* Quod certe maiori iure di-  
ctum esse Regina Colorum a suprēmo mundi Monarcha  
credi debet, nimirū legem mortis spiritalis pro omnibus,  
in Adamo constitutam; sed voce illa *Omnibus*, nec contentā,  
nec significatam fuisse Dei genitricem.

## SECTIO IIII.

*Quam probabile sit Beatam Mariam in Adamo non peccasse, rationi-  
bus persuadetur.*

35 *S*i iusta trutina perpendātur rationes, quibus in ca. 19. &  
20. probauimus, B. Virginem non fuisse re ipsa infēctam.  
labe peccati originalis, perspicietur, eisdem quoque per-  
suaderi, nec in Adamo peccauisse, neque quod idem est,  
incertum.

incurrisse debitum contrahendi culpam originalem. Expeditam ergo tres rationes in predictis capitibus allatas.

Et prima quidem petita a dignitate Matris Dei tria com 39  
plectebatur, ex quibus intulimus, in B. Virgine non fuisse peccatum originale. Primum, quia talis ignominia redundaret in filium. Secundum, quia nulla debet esse conuentio Christi ad Belial. Tertium, quia vera sapientia, quae est Filius Dei, non ingreditur anima malevolam, nec habitat in corpore subdito peccatis. Quis autem non videat, his tribus efficaciter probari, B. virginem in Adamo non peccasse? Sic enim possumus argumentari. Imprimis, ignominia matris redundat in filium: sed peccasse in Adamo est ignominia, ut manifeste patet, cum sit culpa: Ergo si B. virgo in Adamo peccauisset, ea ignominia in Christum Dominum eius filium redundasset. Cum ergo impossibile sit ignominiam culpæ in Christum Dominum redundare, fateri oportet matrem eius non peccauisse.

Deinde nulla est conuentio Christi Domini ad Belial: ergo nec matris Christi ad Belial. Patet consequentia: quia a finitas maxima, & quædam quasi identitas est inter filium, & matrem. Rursus, contrahere debitum incurriendi culpæ, seu peccare in Adamo est aliqua coniunctio ad Belial: nam quisquis verè dicitur peccare, dicitur etiam recedere alicuius modo a Deo, & accedere ad demonem: Ergo Mater Dei non peccauit in Adamo. Denique, vera Sapientia, quæ filius Dei est, non habitat in corpore subdito peccato, ut Scriptura testatur: Sed Sapientia habitavit in anima, & corpore B. Virg. singularissimo modo. Ergo anima, & corpus B. Virginis non fuerunt subdita peccato: fuissent autem sine dubio, si Virgo exitisset obnoxia peccato originali: Ergo non fuit illi obnoxia, seu, quod idem est, non peccauit in Adamo.

Secunda quoque ratio adducta in cap. 20. nō difficile applicari potest presenti instituto. Etenim Angeli non peccaverunt in alio, nec ex vi sua creationis fuerunt obnoxii pecunio. Ergo nec B. Maria. Antecedens est certum, & consequentia probatur primò: quia priuilegia concessa alijs sanctis, aut iustis, eo ipso censuram concessa Virgini Mariæ. Secundò, quia electa est, ut esset Angelorum Regina, & super omnes illos exaltata: incongruum autem foret, Regi-

nam verè dici peccatticem, & subiectam ignobilitatibz culpa, atque in Adamo peccauisse, cum nihil horum de Angelis ipsi subditis diceretur.

Tertia ratio adducta cap. 20. suum robur habet. Nā neque defuit Dei sapientia, qua ita omnia disponeret, ut mater eius in Adamo non peccaret: neque defuit potentia, cum omnia posset: nec amor, cum Beatâ Virginem impennisimè diligat, & negari nequeat esse maximi amoris indicium, ita virginem puram, & illæfam ab omni culpa fernare, ut non solum illam in se non contrahat, sed nec obnoxia sit illi, nec in alio verè peccasse dicatur. Ita in hoc negotio totū illud virginis Mariæ concedendum est, quod non derogarerit redemptio per Christum Dominum: nā alège rédemptoris exempta non fuisse cettum est. Ostendemus autem in cap. 25. vt Virgo sit propriè redempta, satis fuisse quod attenta lege generali peccatura esset in Adamo, si Deus speciali priuilegio eam non exciperet. Hoc ergo solum de virgine dicendum est: cetera verò, quæ puritatē eius, & supra Angelos excellentiam cōmendant, concedenda.

Ad extreum probatur efficaciter, Beatâ Mariam in Adamo non peccasse, quia omnia argumenta aduersariorum non minus probant, Virginem incurrisse originale, quam in Adamo peccasse. Sed primum non probant, ergo nec secundum. Consequentia est evidens: minorem concedunt illi, cum quibus hic disputamus, nā contra eos potissimum agimus, qui cùm negent, B. Mariâ incurrisse originale, contendunt nihilominus in Adamo peccauisse: & præterea patet infra, quam debilia sint argumenta, quibus probatur Virginem habuisse originale. Major probatur, quia argumēta potissima ad probandum, virginem peccasse in Adamo sunt illa quatuor, quæ in fact. prim. huius capituli proposita sunt: ea autem in quatuor sequentibus capitibus signillatim afferemus, & dilucidè patebit illis a quæ probari habuisse originale, & peccauisse in Adamo, & præterea meritò adduci non solum contra doctrinam huius capituli, sed etiā contra potissimum huius libri assertiōnem, scilicet B. Mariam fuisse immunitam ab originali, & tam facilem habere solutionē, prout unum probant, quā prout alterum, inquit verius dicam, unā esse, & eandem solutionem. Quod si aliqua alia argumēta superfuerint contra doctrinā huius capi-

pit. illa quoq; eodem modo militant contra immaculatam conceptionem, & ideo eadem solutione illis satisfiet.

Vt igitur ad obiectiones diluendas accedamus, conclusum erit hoc caput, respondendo ad id, quod in illius titulo quarebatur. Dicendum enim est, immunitem B. virginis, ab originali peccato recte colligi ex eo, quod in Adamo non peccauerit, nec obnoxia fuerit eiusmodi culpe. Nam qua in Adamo non peccauit, neq; huic peccato subiecta fuit, non potuit in sua conceptione illud contrahere, ut evidentissimum est.

## CAP. XXIII.

Proponitur, & disiuitur prima obiectio contra immaculatam B. Mariæ conceptionem ex testimonio Sacrae Scripturæ.

**C**ontra veritatem hactenam stabilitam obiectiuntur primo varia Sacrae Scriptura testimonia, in quibus differunt habeantur, omnes, qui ab Adamo per semen virile descendunt, contrahere aliquod peccatum, quod non est aliud, quam originale, & consequenter B. virginem excipi non posse, quippe qua modo aliorum hominum, & mulierum genita est, ut in capite primo, sectione 1. præmisimus, ad Rom. 3. causatis sumus, inquit Apostolus, Iudeos, & Gracos omnes sub peccato esse, et infra. Iustitia Dei per fidem Iesu Christi in omnes, & per omnes; qui credunt in eum, non enim est dislinctio: omnes enim peccaverunt, & carent gloria Dei. & cap. 5. Sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, iu quo (scilicet Adamo) omnes peccaverunt. & infra: Sicut per unius delictum in omnes homines in condonationem; sic et per unius iustitiam in omnes homines in iustificationem vita. Præterea in capite quinto posteriori ad Corinth. si unius pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, scilicet morte spirituali, qua est peccatum originale. Et ad Galat. tertio. Conclusit Scriptura omnia sub peccato, ut pron. i. ex fide Iesu Christi daretur creditibus.

His addit ex veteri testamento, quod in cap. 8. Cant. Sic cœlestis Sponsus Deus B. Mariæ alloquitur: Sub arbore malo suscitauit te, ibi corrupta es, mater tua, ibi violata es genitrix tua. Dicit ergo Sacra Scriptura, B. M. suisuscitatam in arbore Cru-

Crucis, quia nimis tūm spiritalem culpæ mortem incurserat in Conceptione, & à communī lege peccati excipienda non erat. Propterea q; in cap. 6. Ecclesiastē dicitur: *Virum de milie unum reperi, mulierem ex omnibus non inueni.* Quasi diceret, solum Christum Dominum inter viros liberum à peccato agnoui, inter mulieres autem omnino nullam.

Hæc sunt testimonia Sacrae Scripturæ, quæ non solum obiectiuntur ab ijs, qui contendunt B. Mariam contraxisse peccatum originale, sed etiam ab illis, qui docēt eam in Adamo peccavisse. Quare eodem modo respondentium erit utrisq; non diversis solutionibus, sed eadē.

Imprimis ergo, quod attinet ad testimonium Pauli, illud in generali responderi potest sufficiētissimè, nimis nul lam esse regulam ita generalem, ut exceptionem aliquam non patiatur, si vel authoritas, vel ratio illam persuadeat. Sicut ergo Sacra Scriptura in Genesi dicit: *Omnis caro corporaverat vim suam*, non comprehendit sanctum Noe, cuius iustitiam commendat: & cum in Psalmo dicitur: *Omnis decimaterunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum*: Non negatur exitiſſe tunc aliquos iustos, cum nunquā isti in Ecclesia defuerint: & cum Paulus ipse testatur: *Omnes, quæ sua sunt, quarunt, non comprehendit Apostolos*; ita cum affirmat, omnes contraxisse peccatum originale, aut in Adamo peccavisse, non comprehendit B. Dei genitricē, quam tot, tatisq; titulis excipi debere probatum est. Et quidē Concil. Trid. infel. 5. veritatē peccati originalis probat testimonio Apost. ad Rom. 5. quod est omniū ferè vrgentissimum contranos, & nihilominus subdit; non esse sua intentionis ibi comprehendere Beatam Mariam: sentit ergo excipi posse illam ab hac lege vniuersali, quam Paulus promulgat, id ipsum ergo nos existimamus.

Sed in speciali notandum est aliquid circa singula testimonia Pauli supra adducta. Circa primum verba illa, *omnes peccaverunt*, si attendatur contextus, posita sunt ad significandum, neutrum populum esse immunem à peccato nec Gentilium, nec Iudeorum.

Circa secundum, sicut graues Doctores putant, generali illa legē mortis corporalis non omnes comprehendisse, sed aliquos nunquā esse morituros (quod tñ ego nō credo licet sine illa nota affirmari possit, ut in opuse. de nouis dice-

dicebamus) ita nimis tū videri non debet, si à generali morte animę, quod est peccatum originale, immo & à debito proximo illius excipiamus B. Virgine, sicut tot tantique viri excipiendam esse putauerunt.

Circa 3. nota Caietanum illi maximè niti, vt probet B.<sup>7</sup> Mariä saltem in Adamo peccasse, & morti spiritali obnoxiam fuisse, quia Apostolus infert omnes esse mortuos ex eo, quod Christus Dominus pro omnibus mortuus sit. Cum ergo certū sit pro B. Virgine mortuum fuisse Christum D. negari non poterit ea quoque mortuam esse, saltem quoad debitū incurrendi culpā. Sed re uera hoc non urget, nā licet in generali loquēdo ex morte Christi D. inferatu mors generis homani, quasi, si hoc peccatis nō esset infectū, Christus D. nō moreretur; potuit nihilominus pro Virgine mori, non quia ipsa mortua fuerit, sed ne moreretur in se, vel in Adamo. Itaq; locū habet exceptio regulę generalis etiā in hoc Pauli testimonio. In quanto loco nihil est, quod cādem exceptionem impedit.

Venio ad locum Canticor. qui de B. V. in speciali agere <sup>8</sup> Sotoma-  
videtur. Et sane inter alios doctos prædicti libri interpre-  
tu. legendus est Ludouic. Sotomaior ordinis B. Dominicī,  
quicūm latē satis, & ingeniosē expenderit prædictū locū,  
adductis etiā Patrum interpretationibus, ne verbum quidē  
posferit pro peccato originali B.M. Tripliciter ergo hēc ver-  
ba declarantur, primō, vt ea prolata fuerint ab spōsa, qua-  
si diceret: Dum sub arbore malo iaceres ô spouse, excitaui  
amorē tuum in me oblatis tibi pomis, quibus libenter ves-  
cebaris. Nec miror hunc tui affectum ad prædictā aborem,  
quando quidē sub illa conceperis, aut natus es. Verbū enim  
Corrumpto, & violo, significant hoc loco idē, quod concipio, &  
parturio, quasi diceret. Ibi te genitrix tua concepit, aut pe-  
perit. Atq; iste quidē est literā cortex, nā medulla quidpiā  
spirituale, & diuinum sapit, quasi diceret Sponsa, idest ani-  
ma sancta, vel Ecclesia nomine natuře humāne Christum D.  
alloquēs; Sub arbore malo in Paradiſo Terrestri præbui oca-  
sionē Incarnationi tua, quā potentiam tuam excitaui  
ad nos venires, quia dum fructūm arboris vetitę gustauit  
Eua mater tua secundum carnē, quam assumpsisti, corrup-  
ta est corruptione peccati, & violata integritas illius, seu  
quod idem est, inflexa, reūtido illius ad Deum.

Secun-

Secundō exponitur, ita vt ab ipso sponso dicta sint hēc verba, & quidē iuxta corticē literā contendit sponsus, ne spon-  
sa landibus, quas proximē audierat, intumescat. Quasi di-  
ceret: Eti ad tantā dignitatē euecta sis, dum te mihi spon-  
sam deuinxi, memēto te humili, & abiectō solo apsumptā,  
& natam: nam & rusticam vitā agentem, & sub arbore deli-  
tescentem, immo & rure natam desponsauit mihi. Secundum  
spiritū verō sensus est, in arbore Crucis excitatam esse na-  
turam humanam, vel Ecclesiā: quia ibi liberata est à pecca-  
tis, sicut etiā sub alia arbore Eva peccauerat. Veli si ad solā  
B. Virginem aconimodetur, sensus erit: sub arbore Crucis  
vel virtute mortis mea excitauit amorem tuum in me, non  
quia prius fueris inimica propter peccatum originale, aut  
illi obnoxia, sed quia cū primū Concepta fuiti, me dili-  
gere capisti, cum odisse potuisses, nisi mea gratia præueni-  
teris. Adde quod vt à doctissimo interprete accepi, illud  
verbum *Suscitavi*. Significat idē quod formauit, vel in lucem  
edi: nam simili phrasē vtitor Isaías c.45. vbi ēternus Pater *Isai. 45.*  
loquens de Christo D. *Ego*, inquit, *suscitavi eum ad iustitiam*,  
Ego Christum in luce edidi. Sicut ergo ex hoc verbo Isaías  
male inferretur peccatum in Christo D. ita, & in B. Virgi-  
ne ex prædicto loco Cantorum.

5. Tertiō explicat Sotomaior, vt prædicta verba sint bre-  
uissimus Dialogus inter Christū D. & Ecclesiā. Et primum  
quidē Christus D. eam alloquatur, sub arbore Crucis exci-  
taui te, idest à morte peccati liberaui, vel amore in tui er-  
ga me excitaui. Deinde verō Ecclesia respondeat; ibi vio-  
lata est Mater tua, ô spouse, idest Synagoga corrupta est tā-  
tum flagitium perpetrandō, vt explicat S. Gregorius. Con-  
cludo ergo inefficax omnino esse hoc testimonium ad pro-  
bandum B. Virginem, vel peccato originali infestam fuisse,  
vel in Adamo peccanisse.

11 Postremo literalis sensus verborum, quæ ex Ecclesiastē  
protulimus, hyperbolicus est, quasi diceret Salomon: in-  
ter homines rarō inueniuntur pauci viri boni, sed rarius  
paucā bona mulieres. Itaque non agit de immunitate à pec-  
cato originali: & multō minus contendit, nullam omnino  
feminam fuisse ab illo immunem, præsertim Beat. Mariā,  
quæ tempore Salomonis non erat Concepta, vt egregiè Lo-  
rinus in eum locum. Sed præterea valde placet, quod non-  
*Lorin.*

N

nulli

dicebamus) ita nimirū videri non debet, si á generali morte animę, quod est peccatum originale, imo & á debito proximo illius excipiamus B. Virginē, sicut tot tantique viri excipiendam esse putauerunt.

Circa 3. nota Caietanum illi maximè niti, vt probet B. Mariā saltem in Adamo peccasse, & morti spiritali obnoxiam fuisse, quia Apostolus infert omnes esse mortuos ex eo, quod Christus Dominus pro omnibus mortuus sit. Cum ergo certū sit pro B. Virgine mortuum fuisse Christum D. negari non poterit cā quoque mortuam esse, saltem quoad debitū incurriendi culpā. Sed re uera hoc non urget, nā licet in generali loquēdo ex morte Christi D. inferatur mors generis humani, quasi, si hoc peccatis nō eiset infectū, Christus D. nō moreretur; potuit nihilominus pro Virgine mori, non quia ipsa mortua fuerit, sed ne moreretur in se, vel in Adamo. Itaq; locū habet exceptio regulę generalis etiā in hoc Pauli testimonio. In quarto loco nihil est, quod eandem exceptionem impedit.

Venio ad locum Canticorum, qui de B. V. in speciali agere

Sotoma-  
ro. videtur. Et sane inter alios doctos prædicti libri interpretes legendus est Ludovic. Sotomaior ordinis B. Dominicī,

quicūm latē satis, & ingeniosē expenderit prædictū locū, adductis etiā Parrum interpretationibus, ne verbum quidē poserit pro peccato originale B. M. Tripliciter ergo hēc verba declarantur, primō, vt ea prolatā fuerint ab spōsa, quasi diceret: Dom sub arbore malo iaceres ô sponsa, excitaui amorem tuum in me oblati tibi pomis, quibus libenter vescebaris. Nec miror hunc tui affectum ad prædictā aboren, quando quidē sub illa conceptus, aut natus es. Verbiū enim Corrumpto, & violo, significant hoc loco idē, quod concipio, & parturio, quasi diceret. Ibi te genitrix tua concepit, aut perperit. Atq; iste quidē est literā cortex, nā medulla quidpiā spiritale, & diuinum sapit, quasi diceret Sponsa, idest anima sancta, vel Ecclesia nomine naturę humanę Christum D. alloquēs; Sub arbore malo in Paradiſo Terre ltri præbui occasiōne Incarnationi tua, qua potentiam tuam excitasti vt ad nos venires, quia dum fructū arboris vetite gustauit Eua mater tua secundum carnē, quam assumpſisti, corrupta est corruptione peccati, & violata integritas illius, seu, quod idem est, inflexa rectitudiō illius ad Deum.

Secun-

Secundō exponitur, ita vt ab ipso sponso dicta sint hec verba, & quidē iuxta corticē literā contendit sponsus, ne sponsa landibus, quas proximē audierat, intumescat. Quasi dicceret: Eti ad tantā dignitatē euēcta sis, dum te mihi sponsam deuinxi, memēto te humili, & abieciō solo ap̄sumptā, & natam: nam & rusticam vitā agentem, & sub arbore delitescentem, imo & rure natam desponsauit mihi. Secundum spiritū verō sensus est, in arbore Crucis excitatam esse naturam humanam, vel Ecclesiā: quia ibi liberata est á peccatis, sicut etiā sub alia arbore Eva peccauerat. Vel si ad folā B. Virginem aconimodetur, sensus erit: sub arbore Crucis vel virtute mortis mea excitaui amorem tuum in me, non quia prius fueris inimica propter peccatum originale, aut illi obnoxia, sed quia cū primū Concepta fuisti, me diligere cāpisti, cum odisse potuisses, nisi mea gratia præueniereris. Adde quod vt á doctissimo interprete accepi, illud verbum *Suscitauit* Significat idē quod formaui, vel in lucem edi: nam simili phrasē vtitor Isaías c. 45. vbi eternus Pater *Isaia. 45.* loquens de Christo D. *Ego*, inquit, *suscitauit eum ad iustitiam*, Ego Christum in lucē edidi. Sicut ergo ex hoc verbo Isaiae male inferretur peccatum in Christo D. ita, & in B. Virginem ex prædicto loco Cantorum.

50 Tertiō explicat Sotomaior, vt prædicta verba sint breuissimus Dialogus inter Christū D. & Ecclesiā. Et primum quidē Christus D. eam alloquatur, sub arbore Crucis excitauit, idest á morte peccati liberaui, vel amorem tui erga me excitaui. Deinde verō Ecclesia respondeat; ibi violata est Mater tua, ô sponsa, idest, Synagoga corrupta est tātum flagitium perpetrandō, vt explicat S. Gregorius. Concludo ergo inefficax omnino esse hoc testimonium ad probandum B. Virginem, vel peccato originali infectam fuisse, vel in Adamo peccauisse.

51 Postremo literalis sensus verborum, que ex Ecclesiastē protulimus, hyperbolicus est, quasi diceret Salomon: inter homines raro inueniuntur pauci viri boni, sed rarius paucæ bona mulieres. Itaque non agit de immunitate á peccato originali: & multo minus contendit, nullam omnino fœminam fuisse ab illo immunem, præfertim Beat. Mariā, quæ tempore Salomonis non erat Concepta, vt egregiè Lordinus in eum locum. Sed præterea valde placet, quod non Lorin. nulli

3.R. II nulli obseruarunt, scilicet mulieres alienigenas; quas ad*ad-*  
mauit Salomon, fuisse mille. Nam vt habetur 3. Reg. 1. *Fu-*  
*erunt et viriores quae regina septingenta, & concubinae trecenta, & a-*  
*uenterunt mulieres cor eius.* Conqueritur ergo Salomon in hoc  
capite illarum malitiam, & addit, se ita fuisse expertum di-  
cens: quoniam inter mille viros, vnum, aut saltem paucos  
bonos repererit; inter mille tamen mulieres, quas vxores  
& concubinas habuit, nullam inuenisse, quæ ipsi non nocue-  
rit. Pro quo facit lectio huius loci, quam affert Lorinus, sci-  
licet: *Ex mille viris vnum inueni tolerabilem, ex mille autem fami-*  
*mis nullam.* Constat ergo nullomodo vrgere hoc testimonium  
contra immaculatam conceptionis assertores.

## C A P. XXIIII.

**Proponitur; & diluitur secunda obiectio contra  
immaculatam Conceptionem, ex Patrū Ec-**  
clesiæ testimonijs.

**M**ulta Patrum testimonia obijciuntur contra duas assertio-  
nes haec tenus stabilitas, nimirum B. Virginem fuisse  
conceptam, absque labe peccati originalis, & præ-  
terea in Adamo non peccasse. Et quidem illa testimonia,  
quæ solum continent generalem doctrinam, scilicet omnes  
in iniquitatibus concipi, aut omnes in Adamo peccasse, nō  
est cur hoc loco contra nos referantur: quia explicari pos-  
sunt, & debent eodem modo, quo testimonia Sacre scrip-  
turæ allata in cap. precedente. Solum ergo obijciemus ea,  
quæ aliquid peculiare continent, vnde inferri videatur B.  
Mariam in effectam fuisse labe originalis, distribuenturque  
in varias classes propter maiorem perspicuitatem.

## S E C T I O . I.

*Explicantur testimonia Patrum affirmantium, omnes (Christo Dominō  
excepto) concipi in peccato.*

**P**rima ergo pars obiectonis, ad caput istud pertinet, i*comple-*  
*titur testimonia S. Patriū, qui disserit affirmat,*  
solum Christum D. liberum fuisse ab omni peccato: cū  
enī, vt dici solet, exceptio firmet regulā in contrariū, eo  
ipso quod solus Christus D. excipiat à cōmuni lege pec-  
cati originalis, negatur planē alicui alteri, ac proinde B. V.  
con-

concessum fuisse priuilegium immunitatis ab ea culpa: alio  
qui quorsum solus Christus D. exciperetur? aut quomodo  
verum esset, reliquias preter ipsum contrahere peccatum, si  
aliquia alia persona naturæ humanae non contraxisset? sc̄it  
itaq; videntur B. Mariam contraxisse peccatum originale S.  
Irenæus, S. Hilarius, S. Nazianz. S. Ambros. S. Hieronim. S.  
August. S. Gregor. S. Fulgent. S. Prosper. Beda Innocentius  
1. & Olimpius quorum testimonia affert Bandelus in priori  
bus capitibus sui tractatus: omnes enim illi, imo & alij licet  
diversis verbis in eā sententiam conspirant, quam tradidit  
S. Leo. serm. 2. de Natiuitate. dicens: *Cum in omnibus matribus non  
fiat sine peccati forde conceptio, hac sola, scilicet Christi Domini inde  
purgationem traxit, vnde concepit.*

Ref. primo. Cum prædicti Patres ab ea lege cōmuni pec-  
cati Christum D. tantum excipiant, solum voluisse affirmare  
id quod omnino certum erat, nimirum ipsum natura sua, &  
propter dignitatem filii Dei proprij, & naturalis nullam  
omnino culpam habuisse: ceteros verò homines subiectos  
esse culpis actualibus, aut saltem originali, nisi forte alicui  
ex priuilegio peculiari concederetur immunitas, de quo ta-  
men priuilegio ipsi Patres ibi non agebant, ac proinde nec  
illud negabant, nec affirmabant. Soliditatem ac veritatem  
perspicuum solutionis nō pauca ostendunt. Imprimis quod  
ipsa Sacra Scriptura simili exceptione vtitur ad idem deno-  
randum. Cum enim quidam appellarent Christum D. ma-  
gistrum bonum, ipse saluator quasi increpando respondit  
Marci 10. *Quid me dicis bonus? nemo bonus nisi vnuus Deus.* Quib;  
verbis, vt sapienter notauit S. Christostomus apud S. Thomam  
in catena illius loci, excludit homines à bonitate, non  
quidem absolutè, foret enim falsa exclusio, sed solum com-  
paratione bonitatis diuinæ. Quasi diceret, eo modo, & subli-  
mitate nemo bonus est nisi Deus, quanquam alij quoq; suo  
modo limitato boni sint. Sic ergo omnes præter Christum  
D. peccatum habēt at tempta eorum natura: quia si fortè pec-  
cati careant, est ex priuilegio, & multo inferiori modo,  
quam Christus Dominus.

4. Deinde quod varij Patres ex adductis eodem modo di-  
cunt solum Christum D. natum fuisse sine peccato: cū autem  
certissimum sit B. Virginem, imo, & S. Baptistam in Na-  
tuitate non habuisse peccatum, quia in utero sanctificati  
N 2  
fue-

fuerunt, solum contendunt, solius Christi Domini nativitatem fuisse sine peccato ex iure, & natura, licet alij nati fuerint sine peccato ex gratia, & priuilegio: id ipsum autem respondemus nos ad testimonia, in quibus Patres soli Christo D. tribuant Conceptionem sine peccato. Igitur plures Patres in prædicto sensu asseruisse, omnes, excepto Christo D. nasci in peccatis, constat eos referendo. Nam sanct.

**Ambros.** Ambros. lib. 2. in Lucam ca. 20. *Solus*, inquit; *per omnia ex natu de fœmina Sanctus Dominus Iesus, qui terrena contagia corruptela immaculata partus nonitate non senserit, & cælesti maiestate depulerit.* Quæ verba & illius capitisi contextus nativitatem denotant, non Conceptionem. **Sanct. August.** August. tom. 7. lib. 1. de Peccator. meritis ut refertur à Salmerone disp. 5. 1. in ca. 5. ad Rom. *Solus*, inquit, *vñus est, qui sine peccato natus est in similitudine carnis peccati, sine peccato vixit inter aliena peccata.* Ecce & nativitatem, & vitam sine peccato tribuit soli Christo D. cum certum sit, alios quoque natos, & mortuos sine peccato. **Sanct. Fulgentius de Fide ad Petru cap. 2.** *Solus*, inquit, *abstulit peccatum conceptionis, atque nativitatis humana Deus virginitus qui dum concipitur veritatem carnis accepit ex virginis.* & cum naesceretur integratam Virginis seruauit in Matre. Denique S. Gre

**Fulgen.** Fulgentius lib. 18 Moral. cap. 2. alias 53. explicans illud Iobii: non adequabitur ei topazium: *Nos, inquit, & si sanctificemur, non tam sibi nascimur, quia ipsa natura corruptibilis conditione constringitur, ut cum Propheta dicamus, ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis peperit me mater mea* (sic enim legunt 70. quorum lectionem in S. Pater fecutus est) *ille autem solum veraciter Sanctus, natus est, qui ut ipsam conditionem naturæ corruptibilitatis vinceret, ex commixtione carnalis copula conceptus non est.* Vbi Conceptionem à nativitate distinguit, & tamen soli Christo D. tribuit nativitatem sine peccato.

**August.** Confirmatur eadem solutio autoritate sancti Augustini lib. 5. contra Julianum cap. 9. sic dicentes: *Nulus est præter Christum, qui peccatum non fecerit grandioris, etatis accessu.* & tamen certum est Beatam Virginem speciali priuilegio nullum, ne veniale quidem peccatum fecisse. Ergo quando similem phrasem vñspurianam sancti Pater nullum esse præter Christum Dominum, qui in originali conceptus non fuerit; non excludit priuilegium B. Mariæ, sed solum declarat, id quod ex natura rei accideret, si diuina gratia eam non

præseruaret. Ergo eodem modo explicari poterunt ceteri Patres, cum eodem modo loquantur.

**6.** Secundò, responderet & bene Salmeron in cap. 5. epist. ad Salmeros Rom. pag. 635, cum sancti Patres dicunt, omnes concipi in culpa originali, excepto solo Christo Domino, eo ipso implicitè dicere exceptam, fuisse B. Mariæ propter maximam eius affinitatē, & coniunctionē ad filium suum, in cuius confirmationem affert authorem Hypognosticō inter opera S. Augustini tom. 7. hic enim in lib. 2. prædicti operis refert Pelagianos dixisse transfundere peccati originalis in omnes homines per generationem non bene colligi ex illis verbis Apostoli ad Roin. 5. *Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit: quia si per generationem transfundetur, debuit scilicet dicere Apostolus, per duos homines peccatum intraisse, quia sine fœmina de solo masculo homo nasci non potest: eos vero redarguit B. Pater his verbis: Si cordis oculos non amissis, attende, dictum est iam non sunt duo, sed una caro, & iterum erunt duo in carne una, nam ideo per unum hominem dixit Apostolus, quia cum in utero suo mulier una sit caro, in semine progenies imputatur.* Quasi diceret: perinde est peccatum per unum hominem scilicet Adamum intraisse, ac si diceretur introisse per Adamum & Euan mediante generatione, quia Adamus, & Eua sunt una caro. Sic ergo cum dicuntur omnes excepto uno Christo Domino contraxisse culpam originalē, eo ipso excipitur mater eius propter summā unitatē, seu identitatē utriusq;. Nam, ut eleganter scripsit Arnoldus Carnot. sancti Bernardi contemporaneus in tract. de laudibus B. Mariæ tom. 1. Bi. Arnold. bliotheç nouę. *Vna est Maria, & Christi caro, unus spiritus, & una charitas, & filii gloriam cum matre nostra communè iudico, quam eandem.*

## S E C T I O. II.

Respondetur ad testimonia Patrum assertivum B. Mariam fuisse mundatam, seu purgatam à peccato originali, & in utero sanctificatam.

**7.** SECUND A pars huius obiectionis desumitur ex Patribus, qui disertè testantur, Dei genitricem fuisse purgatam, seu mundatam à peccato: eo enim ipso sentire videntur habuisse maculam peccati: nam ab eo, quod quis non habet, nō dicitur emundari, aut purgari. Vnde contra sententiam à nobis stabilitam, iure optimo referri possunt

### DISP. III. DE ESSENTIA

verba tributa S. Ambrosio, & venerabili Bede; *Spiritus sanctus superueriens in Virginem, mentem ipsius ab omni peccatorum sorde castificauit*: nec dissimilia sunt verba eiusdem Bedae, apud Clitoueum in cap. 2. lib. 3. de Fide. S. Damasceni. Afferuntur etiam Remigius super psalm. 21. Beata, inquit, *Virgo Maria fuit ab omni peccati macula mundata*. S. Maximus, qui in sermone de Assumpt. Beata, inquit, *Virgo fuit in utero matris sanctificata, & ab omni contagione originalis culpa antequam nascetur, mundata*. S. Bernard. *Maximus. nard. in serm. de S. Ioanne Baptista ait; Virginem a peccatis absconditam: & S. Damascen. lib. 3. fidei c. 2. Spiritus sanctus, inquit, Damasc. superuenit in Virginem purgans ipsam*. Denique Richardus de sancto Richard. *to Victore cap. 26. in Cantic. ait: Mariam in utero fuisse mundatam.*

Resp. sanctum Thomam 3. p. q. 3. 2. art. 4. ad 1. dissentit affirmare, hoc verbum: *mundans, seu purgans*, interdum significare idem, quod *preferuans*: & in ea significatione usurpari à Damasco in verbis, quæ in obiectione relata sunt. Iuxta quam doctrinam, quæ verissima est, nullo modo vrgent predicta testimonia: nam B. Virgo dicitur mundata, seu purgata, quia *preferuata* est ab originali peccato, vt in hac disputatione latè à nobis probatum est. Et quidem prædictum verbum *mundans*, vel *purgans*, significare idem quod *preferuans*, euidentissimum est etiam in ipsi's testimonijs, quæ nobis obiectiunt adversarij. Nam primo S. Ambrosius loquitur de tempore, quo *Spiritus sanctus superuenit in Virginem tempore nimirtim incarnationis Filij*, tunc autem non habebat peccatum originale, etiam si illud contraxisset (quod tamen falsum est) ac proinde de illo in speciali loqui non potest. Loquitur ergo in generali de peccatis à quibus dicitur castificata, scilicet *preferuata*. Secundo idem patet ex S. Damasco, qui de eodem tempore Incarnationis loquitur: præter quam quod alia letio non habet: *purgans, sed lustrans*. Quod verbum non habet difficultatem, nam lustrare est illuminare, lux autem gratia, quæ Virginis Beatissimæ animani illuminavit, non est cur supponat te nebras peccati originalis. Tertiò, ait Mariam mundatam, fuisse ab omni peccati macula. Non ergo solum de originali, sed de alijs peccatis agit. Et cum certum sit alia non habuisse, non potest dici ab illis mundata, nisi quia *preferuata* fuit.

Dices,

### PECC. ET IVST. ORIG:

100

Dices, S. Maximum in serm. citato asserere B. Mariam fuisse sanctificatam, quod verbum significat mudatam fuisse à peccato, postquam illud contraxit: sic enim Doctores affirmantes B. Virginem fuisse conceptionem in originali, dicunt illam fuisse sanctificatam, sicut etiam sanctus Iohannes Baptista sanctificatus est, licet haberet originales.

20. Resp. verbum *Sanctificare* esse indiferens ad significandum sanctitatem tributam post contrahitam culpam, vel etiam si non contrahatur: sanctificare enim est sanctum facere, & fieri potest sanctum illud, quod antea habuit culpam, & etiam quod illam non habuit, atque in hoc posteriori sensu sanctus. Maximus B. Mariam fuisse sanctificatam; immo Christus dominus dicitur sanctificatus, cum tamē peccatum habere non potuerit. Vnde ipse testatur, Ioh. 10. *Quem Pater sanctificavit, & misit in mundum, vos dicitis, quia blasphemat, quia dixi filius Ioh. 10. Deum sum.*

Hanc doctrinam sapienter explicat S. Thom. 3. p. q. 34. art. 1. ad 2. his verbis: *Sanctificari est aliquid fieri sanctum, fit autem aliquid non solum ex contrario, sed etiam ex negotiis, vel priuati opposito. sicut album fit ex nigro, & etiam ex non albo, nos autem ex peccatoribus sanctificimur; & ita sanctificatio est ex peccato. Sed Christus quidem secundum hominem factus est sanctus, quia hanc gratiam sanctitatem non semper habuit, non tamen factus est sanctus, ex non solum secundum hominem, quia quando non fuit homo, non habuit sanctitatem humanaam, & ideo simus factus fuit homo, & sanctus homo. Hoc estenus S. Doctor, cuius doctrina sanctificationis Dei genitricis Mariae applicanda est.*

### SECTIO III.

*Explicantur Patres, qui carnem B. Virginis appellant peccatricem, aut carnem peccati, aut culpæ obnoxiam.*

32 A D tertiam obiectionis partem spectant virginiora testimonia, quæ aliquem ex modis loquendi in sectionis titulo positis continent. In primis ergo Bandelus in prima parte sui tractatus c. 10. & Caiet in Opus de Concept. c. 4. referunt S. Ambros. super psalm. 118. sic dicentes: *Venit Dominus Iesus, & in carne, quæ peccato in matre fuerat, obnoxia militiam virginitatis exercuit*. Sed vera non ita habet S. Doctor: in sermone 6. super prædictum psalmum, explicans illud verbum

### DISP. III. DE ESSENTIA

*Et ne duferas de ore meo verbum veritatis usque quaque, sic enim solum scribit. Peccatum erat caro, quia heredatario erat maledictum. Peccatum erat illa cibra, & ministra peccati. Venit Dominus Iesus, & in carne peccato obnoxia militiam virtutis exercuit: facta sunt membra nostra iam non arma libidinis, sed arma virtutis. Itaque; Verbum illud in Matre, non habet apud S. Ambrosium. Predicorum autem verborum legitimus sensus est, carnem generis humani absoluere, & in generali loquendo fuisse obnoxiam peccato: & consequenter cum Filius Dei factus est caro, assumpsisse carnem, que in specie sua erat obnoxia peccatis originali, & actuali, licet quoniam ab eo sanctificata fuit, & facta instrumentum operum sanctissimum, inde nos etiam acceperimus virtutem bene operandi. Itaque; non contendit Matrem Christi D. habuisse peccatum, aut illi fuisse absolute obnoxiam.*

Deinde Caietanus asserta aliud testimonium S. Augustini 13 ex commentario Psal. 34. Sed pacem tanti virtutis non illud recitat fideliter: nam Augustinus concione 2. in predictum Psalmum explicans illa verba, *Ego autem cum mihi molesti essent, induceri cunctio: Maria, inquit, ex Adam mortua propter peccatum Adae, Adam mortuus est propter peccatum, & caro Domini ex Maria mortua est propter delenda peccata. Caietanus vero omisit illud verbum Adae, & solum retulit: Maria ex Adam mortua est propter peccatum.* Dico ergo S. doctorum non affirmare Mariam habuisse in se peccatum, propter quod moreretur; sed ex eo quod Adamus peccaverit, prouenisse, ut Maria moreretur, non quia in Adamo peccaverat, sed quia peccante primo parente, abstulit Deus a genere humano immortalitatem, que propria erat status innocentiae, ita ut nullus ex tota posteritate mortem evaderet.

Nec minime facilem explicationem habent alia verba eiusdem S. doctoris lib. 2. de Peccator. meritis cap. 24. in fine. *Solus, inquit, ille etiam homo factus manens Deus, peccatum nullum habuit, nec sumpsit carnem peccati, quamvis de natura carnis peccati, vel secundum aliam lectio: Quamvis de materna carne peccati. Quod enim carnis inde suscepit, id proficio aut sustipendum mandamus, aut suscipiendo mandamus. Hac (inquam) verba facile habent explicationem, quia sensus est Christum D. sumpsisse carnem, que ex se in Virgine, aut in specie naturae humana erat subiecta peccato tam originali, quam actuali, non quia Virgo peccatum, aut proximum debitum illius con-*

### PEC. ET IVST. ORIG.

101

*traxisset, sed quia natura humana, quam habebat, ex se, & secluso priuilegio peccatum habuisset: cum vero unita est caro diuinæ personæ: eo ipso mundata est, idest preservata, ita ut nullum culpam habere poterit, idque non ex priuilegio, sed ex natura ipsius Verbi diuinæ.*

15 Tertiò. Venerabilis Beda in Hom. Ephiphania: *Agnus, Beda.* inquit, *Dei de carne peccatrice, nullam traxit maculam culpe.* Et S. Anselmus lib. de Conceptu Virginali cap. 13. affirmit Christum D. de massa peccatrice carnem assumpsisse: Sed vtrumque testimonium facile habet explicationem: non enim agunt isti Patres de statu, quem habuit B. Virgo cum Concepta est, & quando aduersarij putant contraxisse originale: sed de illo, quem habebat, quādo Filius Dei ex illa carnem sumpsit: tunc autem certum est, non habuisse peccatum originale, immo nec illud habere potuisse: unde cum carnem illam appellant peccatricem, nec loquuntur solum de culpa originali, nec de contradictione alicuius peccati, sed de conditione naturæ humanae, que ex se eit subiecta peccatis. Ex hac enim carnem assumpsit Filius carnem nullo modo subiectam peccato in sua persona. Non itaque negant, ex priuilegio, & gratia singulari fuisse B. Mariam preservatan a culpa originali, immo & à debito proximo illam incurriendi.

16 Quartò eandem explicationem habet S. Illefonius in libro de Virginitate Mariæ, quem sectione 1. retulimus, dum *Illefonius* carnem eius appellat carnem peccati.

17 Quintò S. Bernardus in Epistola ad Lugdunenses relata cap. 11. illud faltem contendit, nimis B. Virginem fuisse obnoxiam peccato originali. *Quia in re ab illo recessimus propter adducta in capit. 2. licet nobis non sit contrarius in assertione principali huius disputationis: ut in cap. 11. latè declaratum est.*

### SECTIO. IIII.

*Quid respondendum sit ad testimonia Patrum, qui dissentient. affirmant B. Mariam in originali culpa fuisse Conceptam.*

18 *Q*uarto obiectio: pars. & que magis virget, desumitur ex Patribus, dissentientibus maculata Virginis Conceptionem. Eusebius enim emissenus in serm 2. *Euseb.* de Nativitate Domini: *A peccati, inquit, originalis nexus, nullus*

### DISP. III. DE ESSENTIA

*Anselm.* *Jus immunis exitit, nec ipsa genitrix redemptoris.* S. Anselmus in suis Meditationibus sic Deum alloquitur: *Animam gloriose Virginis Mariae immaculata cui/pa originalis creasti; sed consequenter eam a primaria labe purgasti.* S. Erardus Episcop. & martyr in serm. de Nativitate Virginis: *O felix, inquit, puerla, quae Concepta in peccato, purificatur ab omni peccato.* & *Filium concepit sine peccato.*

*Sedul.* Sedulius in poemate Euangeliorū sic canit de B. Maria.

*At quoniam natura prior vitiata iacebat.*

*Sub ditione necis, Christo nascente renata.*

*Innocen.* Innocentius II. Papa: *Virgo, inquit, gloria tua fuit in culpa pro ducta, sed Filium sine culpa produxit.* Sic referat Bandelus ca. 28. & in cap. 18. retulerat Innocentium V. & Clementem VI.

*S. Vincē.* qui dissertē testati sunt, Beat. Virginem fuisse Conceptam in originali. Obiicitur etiam Sanct. Vincentius Ferrer, qua tenus in sermone 1. de Nativit. Virginis ait. *Beata Mariam in eadem hora fuisse sanctificatam:* indicat enim hac locutione, nō in primo momento sue creationis, sed intra primam horam obtinuisse gratiam, & consequenter in momento creationis habuisse peccatum. Denique Rupertus Abbas declarans illud capitisi primi Canticorumi. *Meliora sunt uberata vino, si loquitur de Beat. Maria: Tu quidem veraciter dicere potueras, ecce enim iniquitatibus Concepta sum, cum enim effes de massa, que in Adam corrupta est, hereditaria originalis peccati labe non caretas.*

Respond. Primō, licet daremus hos Patres fuisse prædicti sententię, non propterea desistendum esse ab ea, quā supra stabiluimus: nam isti, & pauci sunt, & non ex illustrioribus, quales fuerint Cyprianus, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, & multi alij, quos pro immaculata Cōceptione supra retulimus, vt inde perspicue pateat, falſō dici nostram sententiam à paucis Patribus assertam, cōtrariam vero esse cōmūnem sanctorum.

Resp. Secundō: in omnibus aut fere omnibus Patribus, 20 qui in hac 4. parte obiectioñis adducuntur, esse aliquid notatione dignū, quod valde labefactat auctoritatem testimoniorum, quae obiiciuntur. Imprimis inter Homilias Eusebij Emis. innenio quidem triplicem de Nativi Domini: sed in nulla inuenio verba, quae relata sunt, referuntur vero à Caietano, & admittuntur à Suarez, qui tamen aduertit bene, non legi sicut refert Caietanus, sed hoc modo, *Apeccati*

### PEC. ET IVST. ORIG.

103

*cati originalis nexu nullus per se liber exitit, nec ipsa genitrix redemptoris.* Quod verum est, quia ex se, & secluso priuilegio nullus, nec ipsa virgo immunis fuit: hoc enim est proprium Christi Domini.

21 Deinde licet non verbatim legerim, satis tamen attente percurri totum librum Meditationum sancti Anselmi, & nō inveni verba, quae ex illo relata sunt, nec ab alio quam à Bandelo invenio obiecta: cumque aliunde constet ex c. 1. S. Anselmum citē pro nobis, non est cur hoc testimonium vrgeat pro contraria sententia.

22 Tertiō sancti. Erardus ego non legi, sicut nec testimonia Innocentij secundi, & quinti, atque Clementis VI. & ita fides sit penes authorem, scilicet Bandelum, à quo referuntur. Solum aduerto Innocentium, & Clementem, si afererūt B. Virginem Conceptam fuisse in originali, non id docuisse tamquam Pontifices in aliquo motu, vel Extrauagante, sed in aliqua cōcione, aut opere scripto ab illis, vt à particularibus doctoribus, quo pācto sunt lōge minoris auctoritatis.

23 Quartō mirabile est Sedulium cōtra nos aferri, cum proximè ante carmina hīc allata habeantur illa, quae retulimus ca. 11. §. vltimo, & expressa sunt pro immaculata Cōceptione: vt autem perspicue pateat Sedulij mens, referam carmina, prout in lib. 2. sui Operis fere in initio habentur.

*Et velut spinis mollis roſa ſurgit acutis,*

*Nil quod iadat habens, matremque obſcurat honore:*

*Sic Ena de Stirpe Sacra veniente MARI.*

*Virginis antiqua facinus noua Virgo piaret.*

*Ecce Cōceptionem immaculatam: subdit verō immediate.*

*Vt quantam natura prior vitiata iacebat.*

*Sub ditione necis, Christo nascente renasci*

*Poffet homo, & veteris macu/a deponere carnis.*

In quibus tribus carminibus non agit de Virgine, sed de natura humana, quae cū in delictis iaceret, per Virginis partum renata est, seu per Christum D. liberata.

24 Quinto S. Vincentius Ferrer in serm. 2. de Nativit. nostram sententiam docuit, vt vidimus cap. 10. §. 5. in illo autem primo sermone, quando dicit, eadem hora B. Mariam fuisse sanctificatam, non negat, in ipsomet puncto sue Cōceptionis, seu creationis anima sanctitatem accepisse, quod enim in primo instanti fit, in eadem hora fit.

Sex-

Sexto, Rupertus Abbas fortasse illis verbis solum significare vult illud ipsum, quod sanctus Bernardus in epistola ad Lugdunenses, scilicet obnoxiam fuisse Virginem peccato originali, & in Adamo peccauisse; vt ita non videatur contrarii sibi ipsi, qui in loco adductio cap. 11. §. 5. sentire videtur, non habuisse originale. Quod si alterius sententia fuerit, omittendus est in hac parte, sicut & in eo, quod saltē affirmat, scilicet Dei genitricem fuisse propriè obnoxiam originali.

## CAP. XXV.

Diluitur tertia obiectio, & ostenditur, B. Mariam fuisse proprio, & perfectissimo modo redemptam.

**T**ertia obiectio contra doctrinā huius disputationis est eiusmodi. B. Maria fuit propriè, & vere redempta: Ergo contraxit peccatum originale. Antecedens est omnino certum, quia Christus Dominus est uniuersalis hominem Redemptor, nullibique legitur aliqua alicius hominis exceptio: imò 8. Thom. 1.2. q. 8. art. 3. corp. ait: *Errogum esse dicere, non omnes homines indigere redempzione, qua est per Christum.* Consequētia vero probatur, quia persona nullum habens peccatum non est redempta. Sed B. Virgo fuit redē *Sez in us pta*, ergo habuit aliquod peccatum. Kursus non habuit personale, ut docet Fides; Ergo saltē contraxit originale. Major: huius discursus probatur primō auctoritate Sozimi Augusti, cuius verba referuntur S. Augustinus tom. 2. epist. 156. ad Optatum, de origine animæ, paulo ante anem: *Vt verbis, inquit, utar, quæ in ipsa epistola B. Sozimi leguntur, nullus, nisi qui peccati seruus est, liber efficiatur, nec redemptus dici potest, nisi qui vere per peccatum fuerit ante captivus.* Unde idē S. Augustinus ea verba habet dicitur: super Evangelium Ioannis: *Fugiamus omnes ad Christum, & sub peccato nos esse fateamur, ut eius sanguine redinamur.*

Secundō probatur ratione, quia redimere est iterum emere, seu restituere primita libertati illum, qui iam venditus erat, & proinde sub alterius ditione constitutus. Homo autem cum liber prius esset in Paradiso, se ipsum quasi vendidit, non aliter nisi peccando: peccatum enim constituit illum sub dæmonis ditione. Et ideo Christus Dominus sa-

tisfaciens pro peccatis nostris, & ad dæmonis seruitute nos liberans, dicitur noster Redemptor. Ergo ille, qui nullum ne originale quidem peccatum habuisset, nunquam venditus esset, aut sub alterius potestate, ac proinde nec per Christū Dominum redemptus.

**3.** Tertiō probatur. Quia in humanis nullus redimitur, quā diu liber est: Ergo si Beat. Virgo libera semper extixisset ab omni peccato, non posset verè dici redempta.

**4.** Vulgata satis, & manifesta huius obiectōis solutio est, duplēcēt esse redēptionē: vnā, quā quis liberatur a peccato, quod iā contraxerat, & hanc esse cōmūuem omnibus, qui peccatum re ipsa habuimus: alterā, quia quis præseruat a peccato, quod contracturus erat, nisi ex speciali privilegio eximeretur, & hanc esse propriā B. Virginis. Et quidē hos duos redēptiones in dōs agnolcant S. Patres & doctores. Nam S. Dionytius de Dīg. nom. ca. 8. paulo ante fiem diuinā iustitiā vocat salutē omniū, quia omnia etiam à de terioribus conferuādo liberet, & eripiat. S. August. de nat. *Dionys.* gratia cap. 67. *Dubius*, inquit, modis etiā in corpore cauetur morbi māium, & aut vt non accidat, & si acciderit, citè sanetur. Et enarrat. in Psal. 85. declarans illa verba: *Eruisti animam meam ex inferno inferiori.* Quidam, inquit, orans hic iam in corpore positus, & orans in voce Christi, erit: *Se Deum animam suam ab inferno inferiori dixit, quia liberavit se a talibus peccatis,* per que posset deduci ad tormenta inferioria inferni: quemadmodum si medicus videat tibi imminentem agri sudinem forte ex aliquo labore, & dicat, parce tibi. sic te trahē, requiece, his cibis vttere, nam si non feceris & grotabis: tu autem si feceris, ja vus eris: rectè dicens medico, liberasti me ab agri sudine, non in qua tam eras, sed in qua futurus eras. Nescio quis habens causam molestatam mittendus erat in carcere, venit aliis defendit eum. gratias agere quid dicit eristi animam meam de carcere: suspendendus erat de biviro, solutum est pro eo, liberatus dicitur de suspicio. In his omnibus nō erat, sed quia talius meritis agebantur, vt nisi subuentum esset, ibi essent, inde se rectè dicunt liberari, quò per liberatores suos non junc permisisti perduci. Haec tenus S. Augustinus, quo nihil dilucidius ad tē proposita afferri potuit, vt nimicrum intelligamus. B. Mariā vere, & propriè fuisse redēptam à Christo Domino, non quia culpam habuit, sed quia illam habuisset, nisi gratuito privilegio propter merita Christi Domini concessio, à culpa fuisse præseruata.

Caietanus etiam 1.2. quæst. 81. art. 3. Si omnes, inquit, obnoxii sunt peccato originali, sufficit ad indigentiam redemptionis. Neq; enim solum redemptione eget actualiter captivus, sed etiam obnoxius captiuat: & hoc bene notabis tu Thomistæ, ne nimio Zelo non secundum scientiam arcens, erronea dicas, quæ erronea non sunt, cum de Beat. Virg'nis Conceptione disputas, aut prædicas. Hæc Caietanus. Denique Durandus in 3. dist. 3. quæst. 1. Puto, inquit, quod si Beat. Virgo peccatum originale non contraxisset, potuisset tamen dici vere redempta à Deo, pro eo quod in radice sua ex natura sua & conceptionis obligata erat ad incurendum peccatum, nisi suisset à Deo præseruasse.

Sed inde sumet aliquis novam obiectionem. Ergo salte necesse est, vt B. Virgo redempta dicatur, eam fuisse obnoxiam originali, seu in Adamo peccauisse, quod est contra doctrinam cap. 2. Resp. imprimis saltem ex dictis eius denter colligi, vt Beat. Maria fieret redempta, non esse necessarium afferere, eam cōtraxisse peccatum originale, quæ quidem est potissima huius nostræ disputationis intentio. Deinde addo, non bene inferri prædictum consequens: quia licet B. Virgo non peccauerit in Adamo, nec absolutè, & immediatè fuerit obnoxia originali, exempta nihilominus est à communī lege, & pæcto cum primis parentibus inito, sub quo contineri debuisset attenta natura legis vniuersalis, quæ solet omnes comprehendere, & sub, qua si contineretur, verè peccasset in Adamo, & suisset immediatè obnoxia peccato. Itaque Virgo sanctissima propterea dicitur propriè redempta: quia cum Deus tulit illam legem, scilicet, Si Adamus peccauerit, posteri eius erunt obnoxii culpi: Comprehendenda quoque erat Virgo Maria iuxta communem stilum legum, quæ solent esse generales; & propter Christi Domini meritā comprehensa non fuit.

Et quidem id sufficere ad propriam redemptionem, declaratur imprimis hoc exéplo: si Rex ferret legē, qua integrā aliquam provinciam obligaret, vt sibi tributū persolveret, & in hac ipsa lege aliquę singularē hominem exciperet, verè & propriè diceretur exēptus à persoluo tributo; quia cū iuxta legum stilum adstringendus quoq; foret ea lege generali totius provinciæ; ob priuilegiū Regis adstric̄tus non est. Sic ergo res habuit in præsenti: Virgo enim liberata est ab originali, & à debito proximo illud contrahendi, cum alioqui cōprehendēda suisset sub cōmuni lege, nisi

nisi speciale priuilegium Deus illi contulisset. Deinde probatur, quia medicina præseruativa non semper supponit hominem, cui applicatur, esse proximè obnoxium ægritudini: quamvis enim sit admodum firma valetudine, sufficit potentia remota egrotandi, ut medicus dicator illum præseruasse, quando adhibuit medicinam, quæ morbum prævenit; sic ergo res habuit in præsenti.

Nec vila difficultas est indeferendo Beat. Mariæ concepsum fuisse hoc priuilegium propter Christi Domini merita, & intuitu mortis eius. Nam gratia collata fuit Adamo ante lapsum, & etiam Angelis propter merita Christi Domini, vt in materia de Incarnatione late tractamus, & id erat multò difficulter, quām quod propter eadem merita eximeretur Virgo à communī lege, & pæcto inito cum Adamo: illud solum discriminēt, quod gratia collata Angelis, & Adamo in statu innocentia non dicitur absolutè propter Christum Dominum vt redemptorem: quia non supponebatur in eis illud debitum remotum culpa originalis, quod in Beat. Virgine diximus extitisse, & à quo per mortem Elij exempta est.

Dices. Quando Deus iniuit pactum cum Adamo, nō dum ipse peccauerat: Ergo nō dum Deus decreuerat Incarnationem & præsertim mortem Filij sui, quæ prædestinata est in medelam peccati. Ergo non fuit Virgo exempta à lege & pæcto propter mortem Christi Domini. Ergo non fuit per mortem eius redempta. Resp. decretum Incarnationis & mortis Filij Dei fuisse ante quam Deus re ipsa iniiret pactum cum Adamo, & ante scientiam visionis peccati, vt in mat. de Incarnatione tract. 3. declaratum est, & ideo potuisse eximi Virginem à lege illa propter mortem Christi Domini, licet nondum supponeretur peccatum re ipsa futurum, & absolutè præcognitum scientia visionis. Itaque ante decretum creationis mundi prænouit Deus scientia conditionata (quæ secundū rationem est prior quam decretum diuinę voluntatis, vt 1. p. q. 1. 4. probatum est) si crearet Adamū, fore vt cum illo & posteris iniiret pactum predictū, & ipse illud violaret, indeque sumeretur occasio assumendi carnē passibilem & mortalem ex V. M. vt mediata morte resarciretur ea violatio. Qua cogitatione posita, Deus uno indubibili decreto statuit creare mundū, iniire pactū cum

### DISP. III. DE ESSENTIA

cum Adamo, permittere violationē eius, mittere Filium suum, & per mortem suam medetur generi humano, ad eumq; finē conciperetur ex Virgine purissima, quam propterea ab illa lege eximebat intuitu mortis Filij, quem erat conceptura.

Nunc ad obiectiōnē initio sectionis propositam resp. 10. in forma, concessio antecedente, negando consequentiā: & ad probationē negando maiorem, ad cuius primā probatio nem resp. primō cū nostro Turriano in Epistola ad Iacobū Episcopū, Zosimum loqui de cōmuni modo redēptionis hominū, qui planē supponit peccatum, non autē de illo peculiari, & singularissimō Dei genitricis, de quo nō erat opus mentionem facere.

Resp. secundō. Mētēm Zosimi fuisse, ad redēptionem 11. requiri, ut redemp̄us aliquo modo fuerit sub peccato sive proximē, vt omnes nos, sive impropriē, & remotissimē sicut B. Virgo, quatenus includenda erat sub lege, & pacto cōmuni, nisi Deus eam examisset: & si includeretur, fuisset proximē obnoxia peccato, & illius graui iugo cōstricta. Et idē est sensus verborū S. Augustini. Ad secundā & 3. probatiōnē patet ex dictis, sufficere ad redēptionem, quod saltem remotē futurus esset aliquis captivus, nisi beneficio alterius, libertas conseruaretur.

### C A P. XXVI.

Diluitur quarta obiectio petita ex eo, quod B.  
Virgo non habuerit in sua Conceptione iusti-  
tiam originalem.

**Q**uarta obiectio contra veritatem immaculatę Concep- 1.  
tionis iā hunc modū formari potest. B. Virgo non ha-  
buit iustitiā originalem in momento suę Conceptio-  
nis, seu cum anima eius creata est, & corpori infusa: ergo cō-  
cepta est in peccato originali. Antecedēs patet primō: quia Christus D. eam iustitiā non habuit simpliciter, & absolu-  
tē, vt disp. 2. probat̄ est. quare multō minus eam Virgo habuisset. Secundō, quia Adamus cum peccauit, amisisti-  
bi, & posteris iustitiam originalem, vnde Virgo ab Adamo  
descendens non potuit illam habere. Consequentia verō  
pro-

### PECC. ET IVST. ORIG.

105

probatur, quia peccatum originale consistit in priuatione iustitiā originalis. Ergo Virgo, quę eam priuationem habuit, concepta est in peccato originali?

Respond. distinguendo antecedens, non enim habuit B. Maria iustitiam originalem quoad aliquos effectus minus pricipios, scilicet impaſſibilitatem, & vitam expartem cu- iuscunq; moleſtie: habuit tamē quoad pricipios effectus, scilicet gratiā habitualem, qua reddit animā Deo grātiam: & subiectionem appetitus sentientis ad rationē. Vnde ne- ganda est consequentiā, primō, quia peccatum originale non est priuatio iustitiā originalis habitualis, de qua vi- detur esse sermo in obiectione, sed iustitiā originalis ac- tualis: quia nimisculpa originalis in nobis est actualis transgressio Adami ad nos moraliter transfusa, & in nobis moraliter existsit, ut in disp. 1. cap. 9. latè declarauimus. Hęc autem transgressio non fuit ad B. virginem transfusa, immo potius in primo puncto creationis anima sūe habuit actus Fidei, Spei, & Charitatis, quibus se omnino subiecit Deo, cum qua subiectione actuali est omnino incompatibilis priuatio iustitiā originalis actualis, quippe qua con- ſtitit in actuali obedientia ad Deum. Secundō, quia licet peccatum originale confiteret in priuatione iustitiā ori- ginalis habitualis, ut docti Theologi opinantur, ea priuatio potissimum est ipsius gratiā habitualis residentis in ani- ma, & minus pricipue illius habitualis subiectionis appe- titus ad rationem. Cum ergo anima Beatæ Virginis ab in- ſtantī ſua creationis decora fuerit dono cœlestis gratiæ, & appetitus illius omnino subiectus rationi, non habuit eam priuationem iustitiā originalis, in qua secundum predictos Theologos consistit peccatum originale.

Sed Gabriel Vazquez to. 2. in 3.p. disp. 115. cap. 3. vrget prafatam obiectiōnē, ut prober saltem B. Virginem in Adamo peccauisse, & proinde originali culpa fuisse obnoxiā. Sic igitur argumentatur. Adamus accepit iustitiam originalem ea lege, ut si non peccaret, transfundere illam in omnes posteros, etiam in Beatam Virginem. Ergo accepit iustitiam originalem ea lege, ut si peccaret, perderet illam omnibus posteris, & etiam Beatę Virginem. Antecedēs videtur certum, quia si Adamus non peccaret, tribueretur omnibus posteris iustitia originalis ex vi Conceptionis,

Q & con-

Vazquez

& consequenter virginis Mariae, cum nulla foret ratio, ob quam ei denegaretur. Consequentia autem probatur, quia contraria eadem est ratio, & disciplina, & non patiebat aequitas, ut iustitiam originalem acciperet Adamus, ut ad Virginem posset transfundere, non autem illi perdere. Nam vero si Adamus peccando perdidit Virginis iustitiam, ipsa quoque Virgo perdidit in Adamo, sed hoc est esse obnoxiam originali, seu in Adamo peccauisse. Ergo Beata Maria peccavit in Adamo, & obnoxia fuit culpe originali ex vi sua conceptionis.

Confiamatur primò. Quia si Beata Virgo ex vi sua conceptionis non esset obnoxia originali, nec in Adamo culpabiliter perdidisset originalem iustitiam, sequeretur etiam si in sua conceptione gratiani non accepisset, non incursum peccatum originale: consequens est absurdum: Ergo obnoxia fuit originali, & culpabiliter in Adamo amisit iustitiam. Conscientia est evidens: minor videtur certa, quia sine gratia sanctificante nemo est liber à culpa ex vi decreti, quod Deus re ipsa habuit. Consecutio maioris probatur, quia non potest imputari ad culpam id, quod aliquis non perdidit culpabiliter sive propria, sive capitum sui voluntate: si autem Virgo in Adamo non fuisset constituta, ita ut eo volente culpabiliter perderet iustitiam, ipsa quoque voluisse, licet postea in sua conceptione eam iustitiam non acciperet, non posset id culpæ tribui, sed soli voluntati diuinae. Sicut si Deus creasset hominem in puris naturalibus, carerer quidem iustitia originali, sed ea carētia non esset culpa, quia nulla lege tunc teneretur habere iustitiam, nec obnam culpam, aut parentum suorum illam perdidisset.

Confirmatus secundò. Quia Beata Virgo subiecta fuit morti, & alijs aërumnis: non potest autem reddi huius subjectionis alia ratio, quam quod in Adamo perdididerit donū impensisibilitatis: Ergo verè peccauit in Adamo, & sub lege statuta primis parentibus de perdenda iustitia continebatur: alioquin nec mortem, nec alia poena mala subiecisset, aut saltem ne modo appellari possent in Virgine peccata, vel effectus peccati.

Resp. imprimis, hoc argumentum eodem modo cōfici posse ad probandum B. virginē cōtraxisse peccatum originale: nam si Adamus accepit iustitiam ea legē, ut illam re ipsa trans-

funderet in B. virginem, si ipse non peccaret; debuit quoq; accipere ea conditione, ut si eam peccādo perderet, re ipsa trāsfunderet eius priuationem in B. Virginem, ac proinde illa cōciperetur in peccato. Sicut ergo Vaquez tenet respondere ad hoc argumētum, quatenus probat Dei genitricem conceptam esse in originali, ita potuisse respondere, quatenus contendit obnoxiam fuisse originali.

Respondet ergo primò, concessio antecedente, & negatio consequētiā: ad cuius probationem dicitur; nō semper in rebus moralibus esse eandem rationem contraria, quia possunt, & solent occurrere circumstantiae, ob quas in uno contrario seruandum sit, quod in altero non expedit. V. g. si quis Rex magno amore, & fauore subditum aliquis prosequatur, statuere potest, ut fauores sint illi cum ceteris subditis cōmunes, non autem onera, vel tributa. Sic ergo cum Deus eximio amore B. Mariam ex aeternitate prosequeretur, voluit eam contineri sub lege illa sanctorib; ut nimirū, si Adamus non peccaret, sed sibi conferueret iustitiam originalem, eam quoque transfunderet in B. Mariā: noluit autem comprehendere in decreto cōminatoria, & oneroso, ut nimirū si peccaret, & si iustitiam perdetet, eā amissionis culpani transfunderet in Mariam.

Resp. secundo negando antecedens. Quia iuxta fētentia quam in 3. p. q. 1. art. 3. cū S. Thoma seculi lumen, si Adamus non peccaret, verbum Dei non incarnaretur ex vi presentis decreti, & consequenter Virgo Maria non esset mater Dei immo nec genita fuisset, quia cum illius conceptio fuerit planē mirabilis, vt pote ex parentibus sterilibus, & coniuncta alijs prærogatiis, totumq; id prestitum sit a Deo intuitu Christi Domini, cuius mater futura erat; eo ipso quod ad eam matris excellentiam euehendam non esset ex vi presentis decreti, cessarent opera mirabilia, sine quibus non cōciperetur, seu in lucem non ederetur. Ex quo tandem sit in ea lege, qua Deus contulit Adamo iustitiam originalem, vt in posteros eam transfunderet, si non peccaret, non fuisse comprehensam B. Marianam, quia eo ipso quod Adamus non peccaret, Virgo Maria non esset ex vi presentis decreti.

Sed vrgebis primò. Licet ex vi præferti decreti virgo futura non esset, foret tamē ex vi alteris, quia vt loco citato dicemus, etiam si Adamus non peccasset, incarnaretur filius

Dei ex vi alterius decreti, quod tunc Deus haberet. Ergo saltem ex vi alterius decreti continetur virgo in lege de transmittenda iustitia. Resp. cōcedendo totum, sed tunc cessaret omnino argumēti difficultas: quia cum Adamus nec peccatus, nec amissurus esset iustitiā, nō foret ulla lex, ratione cuius Beata Virgo in Adamo peccaret, aut foret obnoxia peccato originali.

Vrgebis secundō, licet Adamus nō peccaret, si tamē multi posterorum eius delinquerēt, incarnaretur verbum Dei etiā ex vi präsentis decreti, ut loco citato dicebamus. Ergo tunc etiā foret mater Dei. Ergo etiā ex vi präsentis decreti habet difficultatē argumētū, quod ex Gab. Vazquez retulimus. Resp. concessis antecedēte, & prima consequētia, negādo secundā, quia si Adamus non peccaret, quantumcumq; alij posteri delinquerēt, nullum esset peccatū originale, sed omnes cōciperētur iustitia originali decorati, vnde tunc nō supereſſet locus prædicti argumēti, quatenus contendebat, virginē contineri in lege da transfundenda iustitia, ita ut inde inferetur eā quoq; cōtineri lege de eadem iustitia perpenda.

Hęc posterior solutio, in qua negauimus B. Mariā cōtentā fuisse sub illa lege generali, qua Adamus accepit iustitiā originale, sibi & posteris conseruandā, si nō peccaret, nō adducitur á nobis nisi pro eo euētu, in quo verbum Dei nō in carnaretur ex vi präsentis decreti: nā in eo casu, quo carnē esset filius Dei assumptus, Adamo nō peccāte, futura quoq; esset mater Dei: sed tunc nullā difficultatē haberet argum. quia ex eo quod cōtēta fuisset sub lege de trāsmittēda iustitia, nullū incōmodū inferretur. Cū enim tūc omnes cōcipiēdi essent iustitia decorati, ipsa quoq; virgo cōciperetur, & nec incurreret culpā originalem, nec illi foret obnoxia.

Ad primā confirmationē resp. si sermo sit ex vi präsentis decreti, negandum esse suppositum maioris, quia nulla persona conditur á Deo in puris naturalibus, sed vel habet peccatum lethale personale, aut originale, vel insignitur gratia sanctificante. Vnde eo ipso quod B. Maria in sua conceptio ne, seu creatione animā non acceperet a Deo gratiam, incurrit esset culpam originalem, quod tamen est falsum, & ideo veriſimum, quod condita sit dono gratiē decorata. Si autem sermo sit ex vi alterius decreti, quod Deus in alio re-

rumordine habuisse, nullum incōmodū infertur ex eo, quod Beata Virgo etiam in puris naturalibus creata peccatum originale non incurrit.

Ad secundam confirmationē resp. mortem, & alias molestias, quas B. Maria passa est, nec fuisse pœnā, aut effectum peccati originalis in ipsa existētis, nec peccati, quod in Adamo cōmiserit, sed solum conditionē naturæ, & effectū diuinæ prouidētia, quæ statuit virginē redēptionis cooperatricem. Itaq; sicut Christus D. eas molestias subiit, nō quia peccatū habuerit, nec in Adamo peccauerit; sed quia Deus voluit, posito Adami peccato, Christum D. induere carnē passibilem, ut sua morte, & doloribus nos redimeret; sic B. Maria mortem, & dolores subiit, quia voluit Deus carnem eius esse similem carni filii sui, & has penas à Virgine ferri, ut filium imitaretur, & medijs illis impetraret à Deo veniam nostrorum peccatorum, easq; satisfactiōnes deponebat in Ecclesiā thesauro, ut verē deposita sunt. Quæ omnia non ideo statuit Deus, quia dolores, & satisfactiō Chri. D. non forent satis, superq; ad redēptionem generis humani, sed quia voluit hunc honorem matri deferri, ut modo explicato cooperaretur redēptionem.

## C A P. XXVII.

Diluitur quinta obiectio, ex eo quod B. Virgo  
Maria Baptismum Christi D. suscepserit.

**Q**uinta obiectio contra immaculatam conceptionē est eiusmodi. Beata virgo baptizata est Baptismō Christi Domini. Ergo contraxit peccatum originale. Antecedens videtur certum. Nam licet Scotus in 4. dist. 4. q. 6. ad 1. & Gab. ibi q. 2. art. 3. dub. 1. de illo dubitate videātur nihilominus Scotus ait, supponendum esse B. Virginē fuisse baptizatam, & Gabr. reputat probabilius: aliud id ipsum affirmat concors sententia Theologorum. Vide Vazq. 3. p. tomo. 2. disp. 119. cap. 7. n. 63. Suarez ibidem disp. 18. sec. 2. Ghislerium in ca. 5. Cant. versu 3. exposit. 4. foli. 98. & Hériquez libr. 2. de Baptismō, capit. 5. num. 2. cum multis alijs, quos refert: imo Beatam Virginem Mariam obligatam fuisse præcepto Baptismi, de quo Ioannes 3. *Nisi quis renatus fuerit, &c.* & meritō de cetero Vazquez in capite citato

cum alijs authoribus. Consequentia probatur, quia perso-  
na non habens peccatum originale, non est capax Sacra-  
menti Baptismi, cuius institutio fit ad delendum origina-  
**Trident.** Ie. Vnde Conc. Trid. s. 5. damnans eos, qui negarent par-  
tulos ex Adam trahere originale peccatum, quod per Bap-  
tismum necesse sit expiari ad consequendam vitam eternam.  
at, inde fieri consequens, ut in ea forma Baptismatis in remissionem pec-  
catorum non vera, sed falsa intelligatur. Sensit ergo Concilium,  
non posse verum Baptismum suscipi ab eo, qui non habuit  
peccatum originale.

**Augusti.** Sanct. August. tom. 7. lib. 1. de peccator. merit. cap. 18. 2  
agens de Baptismo infantium: *Si nulla, inquit, originalis pec-  
cati & gritudine fauciati sunt, quomodo ad medicum salutis eterna fu-  
rum currentium pitemore portantur?* Et non eis in Ecclesia dicitur,  
auferte hic innocentes istos, non est opus sanis Medicus, sed malebaben-  
tibus, non venit Christus vocare iustos, sed peccatores? nunquam dictum  
est, nunquam dicitur, nunquam omnino dicitur in Ecclesia Christi tale  
documentum. Ecce S. Pater ex eo, quod baptizari debeat infan-  
tes, colligit, contra hæreticos originale peccatum, & aliter  
negat eos fore baptizandos. Confirmatur, quia forma Bap-  
tismi est: *Ego te baptizo, &c.* Sed verbum *baptizo* significat  
spiritalem ablutionem. Ergo si B. Virgo non habuisset pecca-  
tum originale, non potuisset baptizari. Patet consequentia,  
quia non est capax ablutionis persona, quæ nullam maculam  
contraxit: cū ergo B. Maria nullā maculā peccati actuali  
habuerit; si ab originali quoq; asseratur immunis; nihil ma-  
nebit, supra quod cadat Baptismatis ablutio.

Respondeatur concessio antecedente, negandam esse con-  
sequentiā, & ad probationem dicitur, institutionē Bap-  
tismi esse ad delendum peccatum originale in lege Gratiae,  
sed non esse solum illum effēctum illius: confert enim gra-  
tiā sanctificantem, imprimis characterem, constituit ho-  
minem visibiliter intra Ecclesiam, cuius ianua est hoc Sa-  
cramentum, disponitque ad cetera recipienda. Propter 4  
hos fines, & ad eum modi effectus consequendos potuit B.  
Maria recipere Baptismum, licet peccatum originale non  
cōtraxerit, nec illi fuerit subiecta propriē loquēdo. Et quā-  
dē ex eo, quod B. Virgo non cōtraxerit originale, nō benē  
inferri, eam non fuisse baptizatam, perspicue, nisi fallor,  
demonstrari potest: quia certum est, multos, cum ad bap-

tismum accederunt, fuisse iam ante consecutos remissio-  
nem culpæ originalis; nam in exordio nascentis Ecclesiæ  
omnes, qui ex Iudaismo conuerterebantur, baptismum sus-  
cipiebant, ut constat ex Actis Apostolorum, & tamen illi  
in circuncisione iam obtinuerant remissionem originalis.  
Quis enim, nisi omnino temerarius, negare poterit, plures  
saltem illorum, qui tunc baptizati sunt, fuisse ante iustos  
saltē in infanthia, ac proinde remissionem fuisse consecu-  
tos peccati originalis? Baptismus ergo, qui ab illis susci-  
priebatur, non conferebat remissionem huius peccati. Er-  
go Beata Virgo recte potuit baptizari, licet non habuerit  
originale, quod in Baptismo tolleretur.

Dices, illos, qui in exordio Ecclesiæ baptizabātur, siul-  
se quidem consecutos remissionem culpæ originalis ante  
Baptismum in circuncisione, aut aliquo alio modo: sed tam-  
en id factum esse in voto Baptismi, quē postea suscepérunt,  
sic ut si modō infidelis adulterus ante realem susceptionem  
Baptismi eliceret actum contritionis, consequeretur qui-  
dem remissionem originalis, sed tamen in voto Baptismi,  
quē propterea tenetur postea recipere. At verō Beata vir-  
go, si peccatum originale non habuisset, nunquam potu-  
set consequi remissionem illius in voto Baptismi, & ideo  
nunquam posset baptizari.

Sed hæc solutio resellitur efficaciter. Quia antequā præ-  
ceptum baptismi obligaret, nō erat baptismus medium ne-  
cessarium ad consequendam remissionem peccati origina-  
lis: cum omnino certum sit, nihil esse magis obligatorium,  
quām quod exequi tenetur tanquam medium, sine quo  
non obtinebitur iustificatio, & eterna salus: Vnde impo-  
sibile est, Baptismum fuisse necessarium necessitate medijs  
ad remissionem peccati originalis, antequā daretur præ-  
ceptum illius, immo ante quam institueretur. Ergo qui ante  
institutionē, vel præceptum Baptismi consecuti sunt in an-  
tiqua lege remissionem culpæ originalis, non illam obti-  
nuerunt in voto Baptismi. Patet consequentia, quia, ut  
cōstat ex communī consensu Doctorum, tunc dicitur con-  
ferri gratiā, vel remissionē peccati in voto alicuius Sacra-  
menti, quando illud est medium, per se institutum ad  
eum effectum: Sed quando in lege veteri conferebatur  
gratia, & remitebatur peccatum originale, nondum erat

baptismus institutus ad eum effectū, ergo gratia, & remissio originalis peccati non conferebantur in voto baptismi. Cōfirmatur. Quia inauditum est, omnes qui in lege naturæ, & scripta obtinuerunt remissionem culpæ originalis, illâ fuisse consecutos in voto baptismi, cuius rei non est alia ratio, nisi quia nondū baptismus erat institutus, nec proinde obligabat illius suscep̄to. Ergo similiter, qui circuncisi fuerūt ante quam baptismus obligaret, non obtinuerunt remissionem originalis in voto illius.

Concludo ergo, remissionem peccati originalis non ita esse effectū baptismi, vt necessariū sit ad recipiendum baptismū habuisse priū peccatum originale; quia cum multi baptizati fuerint in exordio nascentis Ecclesie, quibus nō remittebatur originale per realē baptismi susceptionem, nec remissum fuerat in voto illius, nullomodo conducebat habuisse originale ad hōc vt capaces essent baptismi. Quare recte potuit B. M. Sacramentum Baptismi suscipere, licet peccatum originale non contraxerit. Neque in aliquo authore legi, immunitatē B. Virginis, quā tuemur, potuisse impedire, quo minus baptismum susciperet.

Sed quid respondebimus ad testimonia Tridentini & Augustini? Certè non difficilis est illorum explicatio, supponunt enim, & meritò quidem, formam baptismi significare ablutionē spiritualem à peccatis sub illo externo ritu ablutionis corporalis, non quia semper eam ablutionē conferat absolute, sed quia ex se, & ex sua institutione potest illam conferre, si necessaria sit. Si autem in infantibus nullū peccatum originale existeret, non esset institutus baptismus ad eam ablutionē conferendā, foret enim institutio superflua, vt pote carēns sine suo: & propterea recte infert Tridentinū fore falsam formam baptismi ex eo, quod generaliter loquendo non existeret in infantibus peccatum originale: quia ex ipso illa verba, *Ego te baptizo* non significarent ablutionē spiritualem, quę in eo consistit, quod detur gratia ordinata ad tolendū originale, si illud sit, vt cōmaniter esse supponeretur. At vero posito, quod in originali, & absolute infantes, & alij habeant peccatum originale, vel illud habuerint, vera est absolute forma baptismi, significans, illis cōferriri hoc Sacramēto gratiā, qua tolleretur hoc peccatum, si illud adhuc haberet, licet in multis in exordio Ecclesie nō fuerit

fuerit baptismus fortitus hunc effectum, quia iam virtute alterius medijs remissum erat. Et eodem modo licet Beat. Virgo originale non contraxerit, vera fuit forma baptismi, quā suscepit, nam sensus illorū verborum *Ego te baptizo* fuit, confero tibi gratiā, quę potens esset auferre maculam originalis, sicut auferat ab alijs, licet quia tu præseruata fuisti, non sit hęc ablutione necessaria, sed sola infusio gratię, & aliorum effectuum huius sacramenti.

Sic etiam sanct. Augustinus meritò dixit, arcendos fore infantes á baptismō, si originale non contraxissent, quia eo ipso concluderetur falsum fuisse sacramentum, ac proinde nullius momenti, quippe quod significat ablutionem culpe. Et si generaliter in infantibus culpa non extitisset, non fōret ad eūnū institutū, nec gratia cōferretur in illo ad tollēdā culpā. At verō licet in vna persona ex speciali priuilegio peccatum originale nō fuerit, manet adhuc generalis necesitas, & aliud verificari posset etiā forma baptismi ea particulari persona; vt dictū est, ex quo patet ad confirmationē.

Ex dictis obiter inseritur, Eucharistiā sine dubio recipi potuisse à Beat. Virgine, licet non contraxit originale, nā si quid obstat, quo minus tā præcellentī dono frueretur, maximē quod non suscep̄ter baptismum, qui est ianuā sacramentorū, ostendimus autem iāni, Virginem fuisse baptizatam: imo potius ex eo quod originalem culpā non habuerit, inferri debet, eam melius dispositam fuisse ad receptionem tanti sacramēti, in quo residet auctor totius puritatis. Vnde secundum Beat. Thomam & alios doctores ipse Christus Dominus in quem nulla culpa cadere potuit, sacramētū Eucharistiā recepit in nocte cœnæ.

De extrema Vnctione maior est difficultas an B. Maria illam receperit: quidā enim affirmant, alij, vt & ego existimō, probabilis negant. Sed ad nostrū institutum non specat rem nunc definire.

## C A P. XXVIII.

Diluitur sexta obiectio contra immaculatā Conceptionem, petita ex eo, quod si Virgo ante mortem Christi Domini obīsset, deferretur ad Lymbum Patrum.

**P**ostremo objicit aliquis contra nostram sententiam. Si B. Maria non contraxisset originale, sequeretur deferendum fuisse ad celos, & visura clarè Deum, sante mortem Christi D. obiisset. Consequens est absurdum: Ergo antecedens. Consecutio majoris probatur, quia quod homines iusti, qui ante mortem Christi D. obierunt, non statim postuerint esse beati, sed in Lymbū Patrū deferrentur, fuit pena peccati originalis. Ergo Si B. Virgo non contraxisset originale, & ante mortē Filii sui obiisset, non deferretur in Lymbū, sed in Cœlum: hoc autem absurdum esse patet: quia per mortem Christi D. reserata est ianua cœlestis, & nullus homo gloriā adipisci poterat, ante quam Filius Dei deleret sua morte cōmūnem culpam generis humani.

Resp. primō negando suppositū maioris, quia Deus de- creuerat B. Mariā non mori ante Christi D. mortem, ne si aliter res disponeret, sequeretur predictū incōmodum ad quod deducere contendit obiectionē: ex hypothesi autē dñi ni decreti & in sensu cōposito cum illo impossibile fuit Virginem ante Christum D. mori, & consequenter non habet locum incōmodum obiectionis. Secundo resp. negando cōsecutionem maioris, & ad probationē dicitur, licet in generali loquendo fuerit pena peccati originalis, quod nemo hominum ante Christi D. mortem esset beatus, in B. Virginē id ipsum non foret pena, sed effectus diuinis voluntatis quæ iustissimē decreuit, nullum hominē ante Christi mortem esse beatum: non quia Virgo etiam peccatum habuissest, sed quia morte Christi Domini redimenda erat, & non decebat eam frui perfecta libertate gloria, donec pretium redēptionis solum sit; & quoniam Angeli non fuerunt redēpti, nec pertinebant ad genus humanum, quod redēptione indigni; ideo ante mortē Christi D. fuerunt beati, & non solum, quia non haberunt culpā originalem.

## CAP. XXIX.

Prētermittuntur plura, quæ obiicit Bādelus, quia ex dictis satis superq; constat solutio.

**M**ulta obiicit Bandelus in suo tractu, quorū vix necesse est mentionē facere, quia ex dictis satis superq; colliguntur

gitur manifesta solutio: nihilominus ea breuissimē percurremus, tangendo potius, quām respōdendo. Primū ergo in capite 28. probat, Conceptā fuisse B. Mariam in originali, quia genita est ex māre, & foemina per concupiscentiā, & iuxta doctrinā Sanctorū Patrū quisquis hoc modo concipiatur, cōtrahit originale. Sed resp. excipi ab hac generali regula B. V. propter dicta in discursu huius disputationis, nec dicendā esse B. M. genitā per concupiscentiam, quæ nescio quid inordinatum significat: visus enim matrimonij ex quo Virgo genita est fuit purissimus, & omnino absq; peccato.

2. Deinde in cap. 31. probat idē, quia singularis prērogatiis Christi Domini fuit concipi sine culpa. Sed resp. prērogatiū fuisse, quod id haberet per naturam: cui non derogat Virginem id habuisse ex gratia, seu priuilegio speciali.

3. Prēterea in cap. 33. statuit Vincentius, non esse pium dicere B. Mariā absq; originali peccato fuisse Conceptā, probatq; in sequentibus, primo quia ea doctrina contradicit Sacré Scripturā. Secundo, quia contraria est sanctis Patribus. Tertio, quia contradicit antiquā fidēi omnium Catholiconrum. Quarto, quia famosi doctores dicunt esse errore. Quinto, quia contradicit determinationi Ecclesie, nā Concilia decreuerunt omnes ab Adamo per semen virile descendentes contrahere originale. Sexto, quia caret veritate, & derogat Christi Domini dignitati.

4. Sed profecto in hac parte desideratur Vincētij modestia, pr̄sertim cū scriperit post Extraag. Sixti IIII. in quibus adeo cōmendatur pietas celebrantium immaculatā Conceptionē, quæ, vt vidimus in hac disputatione, nec contradicit Sacré Scripturā, nec Patribus, nec antiquę fidei. Sed potius est his omnibus maximē conformis. Nec famosi doctores loquentes in speciali de Virgine, dixerunt nostrā sententiam esse errorem, nēc Concilia quicquā decreuerant contra immaculatā Virginis Conceptionem, sed solum in generali locuta sunt de transfusione peccati originalis in omnes posteros, cui tamen nō obstat exceptio Virginis vt ca.

24. & 25. declarauimus: nec doctrina hāc caret veritate, sed veritate plena est. Nec denique derogat dignitati Christi Domini, sed illam extollit, cūm commendet amorem eius erga Matrem, & perfectissimum modum redēptionis.

**An, & quanta sit certitudo sententia<sup>z</sup> affirmantis, Beatam Mariam fuisse ab originali peccato preseruata?**

**D**ICO primō, sentētia affirmans præseruationē B. Mariæ ab originali non est certa secundum fidem, ita ut contraria sit hæretica. Assertionem hanc statuit Sixtus Trident. in Extraugante, Graue nimis, quam Concilium Pius 5. Trident. sess. 5. & Pius 5. in motu 45. qui incipit, *Super speculam confirmarunt, & innouarunt.* Précipit enim sub grauiſſimis pœnis, ne quis aſſerere audeat incurre crimen hæresis eos, qui B. Mariam existimāt in originali fuisse cōceptam. Probaturque ratione, quia non extat ulla Ecclesiæ definitio, cuius testimonium reddat omnino firmam firmitudine fidei nostram sententiam, nec in verbo Dei scripto, vel tradito continetur clare, & exprefſe. Nec obſtar Concliuſum Apostolorum, relatum cap. 6. quia illius decreti autoritas non est modo nobis infallibilis, ut ibidem dictum est. Nec definitio Consilij Basiliensis adducta capit. 8. quia tunc Synodus illa non erat legitima. Nec denique obſtant testimonia Scripturę, & Patrum adducta à cap. 5. quia ea non sunt ita clara, ut contineant expressam Dei reuelationem, quamdiu Ecclesia id non declarauerit. Excesserunt ergo nonnulli authores, qui apud Vazquez disp. i. 16. cap. 18. & Suarez disp. 3. ſect. 6. dixerunt, rem hanc esse articulum fidei, aut ab Ecclesiæ definitam.

Nonnulla tamen circa hanc assertionem inquire possunt. Primum an sit contra Extraugatē Sixti 4. aut aliquomodo prohibitum; si quis dicat, ſibi videri certum ex fide, B. Mariam fuisse præſeruatā, aut probabilitate credi posse hoc esse deſide, vel eſte euidenter credibile, hanc præſeruationem probabilitate putari posſe reuelatam à Deo. Ratio dubitandi est, quia quando aliquid est de fide, contradictrium est hæreticum, ſed nullo modo licet appellare hæreticiā ſententiam, quæ ait, Beatam Virginem incurriſſe originale, ut patet ex præfata Extraugante. Ergo nullo modo licet nostram ſententiam appellare de fide.

Nihilominus exitimo, has locutiones nō effe contra Extratragantem, nec aliás prohibitas. Sic Dominus Franciscus de

de Sosa in aprobatō libri doctoris Luzeri de immaculata Conceptione pag. 5. & alij viri docti. Probatur respondendo ad obiectionem. Etenim in Extraug., ſolum prohibetur, ne quis dicat contraria doctrinā hæreticā, ex eo antem, quod quis putet ſibi effe certum ex fide aliquod mysterium, aut effe probabile Deum id reuelare, non dānat contrarium tanquā hæreticum. Quia de ratione hæresis eft, ut sit contra aliquid, quod abſolutè & certo ſciatur effe reuelatum à Deo, & fide diuina credendum: potest tamē aliquis opinari, aut ſibi perſuadere aliquid effe reuelatum à Deo, quāuis id non fit abſolutè certum, ſed alijs probabiliter videatur non effe reuelatum. Vnde qui id non crederet, non contradiceret Eccleſię, aut reuelationi diuina, cui ſtare tenetur; & conſequenter non eſſet hæreticus. Cuius rei ſunt varia exempla: Etenim Christum D. vt homo eft, effe Filium naturalem Dei putant docti Theologi effe de fide, & id ego omnino ſento, probanque in materia de Incarnatione, & nihilominus qui id negaret non eſſet hæreticus, quia docti Theologi putant, prædictā Propositionem non eſſe de fide. Similiter infundi à Deo hominibus adultis habitus Fidei, Spei & Charitatis nonnulli, quibus ego aſtentio, dicūt effe de fide, & tamen id negare no eſſet hæresis, quia docti Theologi ſentiant, non eſſe id reuelatum à Deo. Sic ergo in proposito, &c.

4 Secundum: an sit hæresis, pertinaciter affirmare alterutram ſententiā effe de fide ſimpliciter & abſolutè, & contrariam effe hæreticā, ſcilicet Virginem fuisse imminem ab originali, aut illud contraxiſſe. Partem affinmantem sequuntur Castro lib. 1. de Iusta hæreticorum punitione cap. 8. & Vasquez disp. 117. in fine, quia hæreticus eft, qui pertinaciter contradicit decreto Eccleſię, ſed Eccleſia decreuit, neutrā partium effe de fide abſolutè. Ergo qui pertinaciter contradixerit, hæreticus eft.

5 Suarez verò disp. 3. in fine ait: ſolum effe temeritatem & inobedientiam id afferere: quia hæreticus eft, qui Dei reuelationem contradicit pertinaciter, ſed Deus non reuelauit, neutrā ſententiā effe de fide. Ergo qui aſterit alterutram effe de fide, non contradiceret reuelationi Dei. Ergo non eſſet hæreticus. Minor probatur, quia nullibi conſtat de tali reuelatione, nec Eccleſia decreuit, neutrā partem effe

Castro.

Vasquez.

Suares.

effe

## DISP. III. DE ESSENTIA

esse de fide, nisi mota ab ipsa doctorum varietate, & testi-  
monijs Scripturæ & Patrum, ac momentis rationum, quæ  
vtrinque afferuntur.

Mihi sanè probatur sententia media, quæ affimat, eum, 6  
qui pertinaciter affereret alterutram partem, non incurre-  
re hæresim, vt probat Suarez: incurrire tamen errorē, quia  
Sixtus IIII. in Extravag. Graue nimis, disertē dicit, esse fal-  
sum, erroneum, & à veritate penitus alienum docere, esse  
hæreticum, sentire B. Mariam fuisse immunem ab origina-  
li, aut illud incurrisse, & ratione probatur, quia error est il-  
le, qui opponitur conclusio Theologicæ, sed illa propo-  
sitio scilicet Hæresis est afferere B. Mariam fuisse Concep̄tam sine ori-  
ginali, aut in illo, opponitur conclusio Theologicæ. Ergo est  
error. Minor probatur, quia conclusio Theologicæ est illa  
quæ euidenter infertur ex vna saltem propositione fidei di-  
uinæ; & altera euidenti: in re autem proposita fieri potest  
hic syllogismus. Dogma, quod Ecclesia decernit non esse damnandum,  
non potest esse hæresis: sed Ecclesia decernit non esse damnandum affer-  
vere alterutram partem huius controversie: Ergo illam afferere nec po-  
test esse hæresis. Maior est de fide, quia in ijs, quæ ad mores aut  
doctrinam pertinent, non posse Ecclesiam errare est de fi-  
de, ut ostenditur 2. 2. quest. 1. art. 10. Minor est euidentis in  
prædicta Extrauag. Sixti innovata à Tridentino & Pio V.  
quare consequens est conclusio Theologica, ac proinde er-  
ror est assertio, quæ illi opponitur, scilicet, Hæresis est afferere  
B. Mariam fuisse immunem ab originali, aut illud incurrisse.

Dico secundò. Sententia affirmans Bea. Marię immunita-  
tem, non est ita certa, vt contraria sit error, vel temeritas,  
aut peccatum mortale illa afferere. Probatur, quia in Extra-  
gante, Graue nimis, prohibetur, ne quis dicat esse peccatum  
mortale tueri alterutram huius controversię partem, idq;  
sub eisdem pœnis, sub quibus prohibitum est, ne quis di-  
cat esse hæresim. Ex quo etiam infertur sine errore aut te-  
meritate posse vnam aut alteram partem defendi, quia si  
error esset, aut temeritas, foret quoque peccatum mor-  
tale, cum in materia tam graui, non possit non esse mag-  
na inordinatio amplecti errorem, aut sententiam temera-  
riam, vt bene Suarez disput. 3. sect. 6. conclus. 3. Confir-  
matur, quia Pius V. in Motu, qui incipit, super speculā, tribuit  
potestatem differendi de hac controvërsia in loco opportu-  
no,

no, dummodo neutra pars vt erronea predicitur. Et prius  
dixerat se liberari cuique facultatem relinquere opinandi  
quamlibet partem. Si autem esset peccatum mortale, aut te  
meritas, non liceret sequi quamlibet sententiam. Aduertit  
autem optimè Suarez supra post 3. assertionem, licet non  
incurratur culpa mortalis ex vi assertionis cuiuslibet par-  
tis, idque decernat Sextus IIII. aliunde tamen incurri pos-  
se, si quis eam doceat vel inconcionibus proponat, quando  
inde proueniret scandalum graue. Et quidem in afferenda  
& prædicanda immunitate B. Mariae non potest esse scan-  
dalum hisce nostris factulis, sed denotionis augmentum.  
In prædicanda vero opposita parte timeri iure optimo po-  
test. Nā Manuale prædicatorū, relatum ca. 14. impreſsum  
& excusum nonaginta ab hinc annis dixit, id esse valde fea-  
dalosum. Et Emanuel Rodriguez to. 1. quæſitione regu. q. 57.  
ar. 2. ait, vix posse excusari à mortali vel veniali cōcioneato-  
rem, qui modo prædicaret B. M. incurrisse originale, quia gi-  
generet scandalū, non pharisäicum, sed pusillorum, quod  
euitate tenemur. Vasquez etiam disp. 117. ca. 2. cum Anto-  
nio Cordubeno, affimat, neminem iam posse sine magno sc̄a  
Corduba. dalo id inconcionibus populo exponere.

8 Dico tertio. Eadem nostra sententia non est ita certa, vt  
per se loquendo sit peccatum veniale contrariam tueri: qui  
tamen affereret esse peccatum veniale, non incurreret pœ-  
nas, statutas in Extravagāti Sixti IIII. & motu Pij V. Prior  
pars probatur, quia absolutè Ecclesia relinquit potestatem  
amplectendi alterutram sententiā, quod certè non faceret,  
si per se loquendo esset peccatum veniale. Dico autem per  
se loquendo; quia ratione scandali potest coniuncticulpa  
iuxta dicta in assertione præcedente. Posterior verò pars  
probatur, quia prædicti Pontifices nulli pœnæ subiiciunt id  
afferentes, imo solùm prohibent, ne quis alterutram partē  
vt hæreticam, vel errorem damnet, aut dicat esse mortale  
peccatum illam tueri.

9 Dico quartó. Sententia affirmans immaculatam B. Ma-  
riae Conceptionem, est multo verisimilior, & probabilior,  
quam contraria. Hæc assertio est sine dubio certa, nec in-  
diget alijs probationibus, quā illis, quæ in discursu huins  
disputationis à nobis adductæ sunt, & roborabitur amplius  
ex dicendis.

Manual.  
Rodrig.

Vasquez  
Corduba.

Dico

Dico ergo quinto. Satis probabiliter dici potest, nostris temporibus esse moraliter certam, & evidentem sententiam, quæ affirmat, fuisse præseruatam à peccato originali. Probatur, quia moralis evidentia, & certitudo gignitur ex magna multitudine motiuorum efficacium, comparatione quorum vix est aliquid, quod in contrarium adduci possit: sed pro immaculata Conceptione B. Mariæ est adeo magna multitudo motiuorum efficacium, vt comparatione illorum vix sit aliquid, quod nostris temporibus adduci possit in contrarium. Ergo ex illis gignitur moralis evidentia & certitudo sententiae, quæ affirmat immaculatam B. Mariæ Conceptionem. Consequentia est evidens. Maior constat, quia ad certitudinem & evidentiam præfertim morale, & non Metaphysicā, non requiritur, ut nihil sit quod in contrarium obijcī possit, sic enim, cūm etiā contra evidentissima metaphysicā principia, imo & contra fidei dogmata occurràt sepe argumenta non leuis momenti si secundum se considerentur: sed satis est, ingens quoddā pondus autoritatis, & rationis, comparatione cuius leue admodum & exigui momenti tūst, quicquid adducitur in contrarium, licet aliquo secundum se suum quoque pondus haberet: id enim sufficit, ut merito prudens sibi possit persuadere illud esse absque dubio verum, & clarum iuxta modum loquendi, & sentiendi humanum.

Minor verò probatur, nam si quis libero, & vacuo animo expendat omnia, quæ à capite 4. huius disputationis usque ad 20. adducta sunt, planè cōperiet, immenſam quodāmodo esse magnitudinem, & maximam multitudinem motiuorum efficacium pro immaculata Conceptione hisce nostris temporibus: & aliunde, quæ obijciuntur, ita perspicue soluta esse à ca. 23. ad 29. vt exigui momenti reputari debeat, si cum motiūs conferantur, vt à predicta veritate quēpiam arcere possint: & quanquam auctoritas doctissimorum Theologorum, qui olim oppositum docuerunt, magna sit, & qui modo idem doceant, sint religione & doctrina clarissimi: nihilominus in ranta veritatis luce, quæ nunc in Ecclesia immaculatā Conceptionem celebrante clarescit, exigua scintilla sunt. Primò, quia illi antiqui afferuerunt, B. Marim incurrisse originale, quando Ecclesia Romana oppositam sententiā non probabat, quando festū immaculatę Cōceptionis

nīs non celebrabat, quando non cernebatur cē munis populi Christiani plausus, quā modo cernitur, & quando inuenta non erant, nec debito modo expensa tot Patrum illusterrimā testimonia pro immaculata Conceptione. Vnde si in his omnibus vidissent, quod nostro saeculo cōspicitur, iure optimo credi potest eos sententiam mutaturos, aut certe de hoc prouidentissime dubitari potest: multum ergo eleuator illorum auctoritatis in eo, quod tunc affirmantur, quia cum saltem prudentissimè dubitari possent, vtrum illi illud ipsum modo sentirent & affirmarent, non possunt referri, vt sua auctoritate id modo confirmarent. Secundò, quia doctissimi Theologi, qui nostro saeculo docent Conceptionem maculatam, paucissimi sunt, præsertim comparati cū vniuersa fere Ecclesia. Cōtraria vero docent, & re vera id docent, ne recedant à sancti Thomae, qui olim id sentit in Summa Theologiae, eo quod illius doctrinæ omnino, & in omnibus subscrivere decreuerint.

<sup>12</sup> Sed obijciet aliquis. Beat. Virginem fuisse Conceptionem in originali est opinio. Ergo nostra sententia affirmans suis se præseruatam, non potest modo censeri moraliter certa & evidens. Patet consequentia, quia quod opponitur doctrinæ certæ, non est opinio, sed improbabilis assertio. An-Sixtus tecedens probatur primo, quia Sixtus IIII. in Extrauagā Pius. te Graue nimis, eam appellat opinionem. Secundo; quia Pius V. in suo Motu ait, se reliquere liberam facultatem cuique opinandi huius controversiæ quamlibet partem, prout vel magis piam; vel magis probabilem esse indicauerit. Tertiò, quia non potest non esse opinio illa, quām tot viri Sapientia, & Religione clarissimi docuerunt, & modo docent, præsertim cum Sacre Scripturæ & Patrum auctoritate atque rationum momentis initiantur.

<sup>13</sup> Resp. distinguendo antecedens: imprimis enim ea doctrina potuit esse opinio, & re vera sicut tempore sancti Thome, & quandiu non ita inhaeret omnium fere fidelium animis veritas immaculatę Conceptionis: & eodem modo diceret aliquis fuisse opinionem tempore Sixti IIII. & Pij Quinti, licet nunc non esset opinio, quia modo sunt longè videntiora, & firmiora fundamenta, multoque magis veritas illaxit. Deinde & melius resp. adhibendo aliam distinctionem. Etenim duplex est opinionis acceptio.. Primum

### DISP. III. DE ESSE NTIA'

enim appellatur aliquid opinio, quia non desunt aliqui sa-  
pientes & docti, quibus videri possit, & soleat doctrina pro-  
babilis: & in hoc sensu fatemur, opiniohem esse quod B. Ma-  
ria sit Concepta in originali. Deinde appellatur aliquid opi-  
nio, quia generaliter aut in plurimū censetur doctrina pro-  
babilis, eo quod non sine pro parte contraria vrgentissima  
argumenta, quæ multos conuincant, aut omnino ad illā af-  
firmandā trahant, & in hoc sensu negamus esse opinionem,  
quod B. Maria sit Concepta in originali; & quoniam hæc est  
magis propria opinionis acceptio; non censeo absolute ap-  
pellandā esse opinionem, sed sententiam, & placitum ali-  
**Emanuel** quorū: nec nostra sententia appellanda est opinio sed  
sententia vera. Vnde Emanuel Rodriguez loco supra relato  
dixit, indissertè facere concionatores, qui in cōcionibus il-  
lam appellant opinionem.

Iuxta hæc ad obiectionem in forma resp. doctrinam, quæ  
affirmat Beat. Mariæ Conceptam in originali, fuisse quidē  
opinionem olim, & modo etiam esse cōparatione paucorū;  
nunc verò absolute non esse opinionem, & id sufficere, vt  
vera sit nostra conclusio affirmans, modo cōferi posse mora-  
liter evidenter sententiam, quæ docet præservationē Beat.  
Mariæ. Ad primam autē, & secundā antecedentis probatio-  
nē, quatenus contra nos asserri potest, resp. primo à Sixto  
III. & Pio Quinto appellati opinionem, quia tunc erat  
opinio, licet modo ab solutè non sit. Respond. secundō,  
Pontifices ibi non decernere illam esse opinionem; sed so-  
lum damnare eos, qui plus equò invehūntur in tenentes con-  
trariam opinionem; opinionem, inquam, quæ comparatio-  
ne illorum opinio est. Ad tertiam probationē dicitur, re-  
spōre antiquorum doctorum fuisse probabilem opinionem  
absolutē, i.e. autem modo, quia res sunt notabiliter muta-  
tæ. Et quamvis nunc viri sapientes id doceant, inde so-  
lum colligitur, cōparatione illorū esse opinionem proba-  
bilēm; securi verò cōparatione totius ferè populi Christi-  
tiani, ac proinde absolute loquendo.

Ex quibüs tandem patet, quām sine ratione timeant alij  
qui dicere veram esse nostram sententiam, & contrariam  
falsam: hoc enim non solum non est contra Extravagantes  
Pontificum, sed omnino licitum, imo & tam certum; quoniam  
certum est, illum, qui aliquam sententiam sequitur, repu-  
tare

### P. C. ET IVST. ORIG.

14

carè illam esse veram, & consequenter oppositam falsam:  
quia qui vnum contradiectorum putat esse verum, ip-  
se alterum putat falsum, cum vtrumque simul verum esse  
non possit.

C A P. XXXI.

An foret censendus martyr, qui mortem subiret  
pro veritate immaculatae Conceptionis.

**I**N MATERIA De Baptismo tradit. 3. disputat. tert.  
disservimus de Essentia & effectis martyrij, quod Baptis-  
mus sanguinis solet appellari: ibique probauimus hanc  
martyrij definitionem, dilucidè propositam à Valentia  
tomo 3. disputat. octau. quæst. secund. puncto prim. Marty-  
rium est testimoniū: quo morte ipsa pro Dōo testificatur quis aliquam  
fidei veritatem vel in se ipso vel aliquo pio virtutis opere retincentem.  
Itaque vt quis verè martyr dicatur, & sit, satis est si morte  
subeat vel pro tuenda fide, vel pro aliquo opere virtutis,  
quia in ipso exercetur fides diuina. Vnde sanct. Thom. 2. 2.  
quæst. 124. articul. quint. id ipsum disservit docuit, & ra-  
tionem reddidit his verbis: *Omnium virtutum opera, secundum  
quod referuntur in Deum, sunt quedam protestationes fidei, per quam  
nobis innotescit, quod Deus huiusmodi opera à nobis requirit, & nos  
pro eis remunerat, & secundum hoc possunt esse martyrij causa.* Vnde  
Ecclesia tanquam martyrem veneratur sanct. Baptistam,  
qui occisus est, eo quod Herodis luxuriam increpasset: &  
sanct. Matheum, qui propter commendationem Virginiti-  
tatis mortem subiit: ideo enim viētima castitatis nuncupat-  
tur: & sanct. Thomam Cantuariensem, qui pro tuenda Ec-  
clesiastica libertate sanguinem fudit.

Valentia

S. Thom.

Hæc doctrina posita dubitatur, an qui pro immaculata  
Virginis Conceptione mortem subiret, censendus esset  
non solum laude dignus, sed etiam verè martyr: partem  
negantem amplecti uidetur Alphonsus de Castro lib. prim.  
de iusta hæreticorum punitione cap. 8. dubit. 4. *Fo quidem,*  
inquit, *Virginem Deiparam sine peccato originali Concepitam fuisse  
credo: attamen nō tam firmo animo hanc teneo sententiā, vt illā futura  
esse fidem Catholicā. Atq; ideo pro huius sententia tutela nō libetē cer-  
tūcem gladio opponerē. Ex cuius authoris verbis desumi potest*

Castro

argumentum non inefficax: etenim veritas immaculata Conceptionis non est certa secundum fidem, ut constat ex capitulo precedente: Ergo non potest esse causa veri martyrij. Patet consequentia, quia martyrum est testificatio veritatis fidei sive in se ipsa, sive in opere virtutis: sed testificari immaculatam Conceptionem non est testificatio veritatis fidei in se ipsa, quia non est certa secundum fidem; nec in aliquo opere virtutis, quia tueri hanc sententiam non est opus virtutis, sed defensio cuiusdam opinionis, qua non est virtus. Ergo Confirmatur, quia qui mortem subiret pro tuenda aliqua opinione, non censeretur martyr immo nec prudens, sed temerarius. Ergo idem dicendum erit de eo, qui mortem subiret pro tuenda immaculata Conceptione.

Ut difficultas haec dilucidè explicetur, duo distinguuntur: sunt in veritate immaculata Conceptionis. Primum est quasi practicum, & ad opus pertinens. Secundum est speculativum & in sola veritatis contemplatione sistens. Ad primum genus spectat, celebrare festum immaculatae Conceptionis; docere hanc Virginis immunitatem esse doctrinam tutam, piam & veram, persuadere illam in concionibus publicis, & alia similia. Ad secundum vero pertinet praeceps Beatam MARIAM fuisse preservatam ab originali, esse verum, esse probabile, aut magis probabile.

Dico ergo primo. Qui mortem subiret pro immaculata Conceptione quantum ad primum, quod scilicet ad proximum spectat, ille re vera martyr esset. Sic sentiunt viri doctissimi & inter eos pater Franciscus Suarez in Epistola manu illius scripta, qua ad meas deuenit. Probatur ratione, quia ille est verus martyr, qui mortem subit pro aliquo actu virtutis; sed id, quod ad proximum spectat in hoc negotio immaculatae Conceptionis est actus virtutis: Ergo qui mortem subiret pro illo esset verus martyr. Consequentia est evidens, maior ex dictis perspicuca, minor patet discurrendo per singula, quae enumeramus, tanquam ad proximum pertinencia. Primum enim celebrare festum immaculatae Conceptionis est actus virtutis religionis, cum Sixtus. Quartus in Extravaganti, Cum prexcelsa, ad eam celebritatem horretur, & vniuersa Ecclesia solemniter. Conceptionem immaculatam celebret Octauo Decembris. Deinde do-

ctrinam immaculatae Conceptionis esse piam, & tutam, certissimum est, ut patet ex discursu praesentis disputationis: quare docere eam esse tutam, ac piam est opus virtutis, scilicet Charitatis, & misericordiae, dum ignorantes instruuntur. Denique immaculata conceptione persuaderet, aut publice legere licitum est, & credit in honorem B. Mariae, quate non potest non pertinere ad actum virtutis. Confirmatur, quia predicta omnia non quomodolibet ad virtutem spectant, sed sunt exercitium virtutis excellentes similitudines religionis, qua maximè inclinat ad exhibendum cultum rebus divinis, ac proinde Virgini Deipara, qua nihil est proximius Deo. Ergo pro aliquo istorum mortem subire pertinet maximè ad diuinum obsequium. Ergo est sufficientissima causa martyrij.

Dico secundum. Verus martyr esset, qui mortem subiret pro eo, quod in veritate speculativa immaculatae conceptionis est certum. Probatur, quia fateri veritatem certam, seu infallibilem in his, quæ saltè cedunt in Dei honore, est actus virtutis. Ergo fateri id, quod est certum in negotio immaculatae conceptionis, est actus virtutis, cum sine dubio cedat in diuinum honorem. Ergo qui pro ea veritate mortem subiret, verus martyr esset. Patet consequentia, quia subire mortem pro actu virtutis: & quidè certissimum, ac planè evidens est, probabile esse B. Mariam fuisse immunem ab originali, quare si ne dubio foret martyr, qui pro ea probabilitate affirmada, au nō neganda occideretur. Imo si quis libero, & vacuo animo expedit omnia, quæ in discursu huius disputationis adducta sunt; manifestum iudicabit, saltem esse magis probabile, magis verisimile, ac magis piam, Beatam Virginem Mariam fuisse ab originali preservatam. Vnde qui mortem subiret pro tuenda maiori pietate, aut maiori probabilitate huius doctrinæ, martyrij aureolam obtineret. Cuī etiam addēdūt est, cum ex capite precedenti sit satis probabile hisce nostris scœulis moraliter esse certainam, & evidenter sentientiam, quæ Beata Virginis immunitatem affirmat, ille qui prudenter crederet, se hanc eidemtiam fuisse consecutum, verus Martyr esset, si mortem subiret pro tuenda veritate speculativa immaculatae conceptionis. Probatur; quia iste prudenter existimat, sibi certam esse hanc veritatem, sed omne iudicium certum de veritate, preser-

### DISP. III. DE ESSENTIA

præsertim ad Dei honorum pertinente, est vera virtus; vt patet ex materia de virtutibus. Ergo qui pro eo iudicio retinendo subiret mortem, occideretur pro actu virtutis, & consequenter martyrio coronaretur.

Ex quo tandem infero & dico: qui solum haberet opinio nem immaculatae Conceptionis seu indicium incertum & topicum, non foret martyr, si morte oppeteret pro veritate speculativa Conceptionis, quia sola opinio non estactus virtutis, vt constat ex materia de virtutibus, vbi Theologici re& docent, virtutem, quæ in intellectu residet, debere esse actum certum, seu minimè subiectum falitatem. Ergo qui pro sola opinione mortem subiret, non haberet causam sufficientem ad martyrium, cum opinio nec sit actus fidei diuinæ, nec opus virtutis.

Adde quod martyrium est maximè firmum testimonium veritatis: nec enim potest quis maius indicium præbere, quod reputet aliquid esse verum, quam si mortem subeat pro eoasseverando: testatur ergo ipso se illam veritatem certam putare. Ergo qui incertam putat, non est martyr si moriatur. Et sanè sicut iuramentum debet esse rei, quæ quis putet esse certa, quia est maximè firmum veritatis testimonium; ita qui sanguine suo veritatem obfirmat, debet illam certam reputare, quia non potest magis firmum testimonium aliquo opere reddere, quam vita profusione.

### CAP. XXXII.

**An Ecclesia vel summus Pontifex possit definire etiam in hoc nostro saeculo Beatam Mariam fuisse immunem ab originali**

**M**ELCHIOR Canus libr. septim. de Locis capit. 3.  
Conclus. quart. existimavit, neutram huius controversie partem posse ab Ecclesia definiti. Suaderique potest, primo. Quia nisi Deus immitat nouam revelationem (de qua hic non loquimur) non est sufficiens fundatum, quo miratur Ecclesia ad definitionem: cum nec ex scriptura, nec ex traditione, nec ex Patribus aut rationibus alterutra pars content manifeste, aut clare colligatur, eam à Deo reuelatam esse. Corfiniatur, quia non magis clare confitatur.

### PECC. ET IVST. ORIG.

constat modo alterutra huius controversia pars, quam in facultatis præteritis. Sed in seculis præteritis non habuit Ecclesia firmum fundamentum, quo interetur ad definitionem: Ergo nec modo. Secundò, quia definitio Ecclesie non potest esse sua definitioni contraria. Sed Ecclesia iam distinuit, neutram partem esse ex fide certam, vt patet ex cap. 30. Ergo non potest definire altera esse ex fide certam.

Sed hunc dicendi modum merito rejecunt Suarez disp. 3. sectio 6. conclus. 1. 117. capit. vlti. Etenim Ecclesia decursu temporis etiam sine noua revelatione melius aduertit, & intimius penetrat, quod antea magis occultum videbatur, occuruntque circumstantiae, quæ indicium sufficiens illi præbeant, vt credat veritatem ante latenter aperiri posse & debere. Vt enim sanctus Epiphanius hæresi 7. sapienter scripsit: *Singula res non ab initio omnia habuerunt, sed progressu temporis ea, quæ ad necessiariorum per testimoniū requiruntur, parabantur.* E infra ait: Ecclesiæ gubernari à Deo ornatu intelligentia, quia nimis crescit in rerum cognitione & dispositione. Nec minus grauitur sanctus Nanzianenus oratione 5. de Theologia longè ante finem: *Nazarius Vides, inquit, illuminationes paulatim nobis afflgentes, Theologie ordinem, quem nobis quoque tenere præstiterit Christus Dominus, ne nō repente, atque confessim omnia in lucem efferaamus, nec in finem usque occulemus.*

Sunt autem huius veritatis locupletissimi testes multa, quæ prius in Ecclesia sub dubio erat, & postea definita sunt: sic enim infantibus infundi gratia & virtutes in Baptismi sacramento, non erat olim omnino exploratum, & ideo Innocentius in capite *Maiores*, de Baptismo, illud solum refert ut controuersum inter doctores. Nunc vero post Trid. sess. 6. est veritas certa secundum fidem. Præterea post Ascensionem Christi Damascanus elector, quibus nihil superest Purgatorio igne cremandū, statim videt Deum, & ad celos euolare, non erat olim omnino exploratum; & tamen à Benedicto 11. definitus est. Suntq; eiusmodi alia sexcenta; quare *Benedictus* licet controuersia immaculatae Conceptionis definita nunc non sit, poterit ab Ecclesia definiti.

Ad primum ergo resp. sine noua revelatione posse melius & attetius impici testimonia Sacra Scriptura & Patri, pluraque in illis inueniri, quæ antea non legebantur, aut nō aduer-

aduertebantur. Potest etiam crescere consensus doctorum, & alia huiusmodi, quæ videantur Ecclesiæ sufficere, ut definiat esse reuelatum à Deo, quod antea non fecerat, quia tot motiuia non habebat. Ad confirmationē negatur assumptū de quo statim ex professo.

Ad secundum resp. Ecclesiam haec tenus definitissime, neutrā partem esse de fide, aut hæreticā vel erroneā, quia iudicauit, cum illa decreta in lucem edidit, nondum fuisse motina sufficientia ad decernendum alterutrum controuerſia partem. Si autem postea reperiat sufficientia motiuia, non sibi contradicet, alterutram definiendo; quia quod in vno rerum statu pon est certum, in altero prōpter diuersas circumstantias censeri potest omnino infallibile. Quod qui dicem manifestè patet in exemplo adducto ex cap. Maiores si-

Clemēt. mulcum Concilio Vienensi, vt habetur in Clementina de summa Trinitate; cum enim dixisset ea in re esse contraria opinione, subdit hec verba: *Nos opinionem secundam, que dicit tam parvulis quam adultis conferri in Baptismo informantem gratiam & ratulementum, tamquam probabilitorem duximus eiendam.* Et ta-

Trident. men eadem veritas postea definita est à Tridentino tamquā certa secundum fidem saltem in parvulis, imo, vt ego exis-

sett. 6. timo, etiam in adultis.

Caietan. Cajetanus in opusculo de Conceptione ca. 5. in fine affir-

mat nihil esse cur timeat pars sentiens B. Mariam incurrisse originale, eā fore ab Ecclesia damnandam, sed potius cur sperare debeat, si aliquid ab Ecclesia decernendū sit, eam partem esse stabiliendam, & damnandam contrariam, quæ statuit præfervationē Virginis Mariae ab originali. Probat Cajetanus, quia illa pars, quam ipse tuerit, requiescit in sinu Sanctorum, & doctorum precorum, in eo autem sinu nō est cur error timeatur.

Ego autē contra sentio cum multis viris doctissimis nos-  
tri saeculi, nimirū si qua pars huius controuersia decernē-  
da est ab Ecclesia, vel ab eius capite, definiēdam esse illam,  
quæ Beat. Maria immunitatem docet, imo veritatem hanc  
tam firmis præsidijis iam esse munimam, totque luminibus  
illustratam, vt si Ecclesia velit, & expedire iudicet, possit  
nunc nostro etiam seculo eam definire, & damnare contra-  
riam. Prior huius assertionis pars probatur, quia Ecclesia  
non definit nisi quod verum est; sed B. Mariam fuisse im-

munem ab originali verum est. Ergo si quid in hac contro-  
versia decernat Ecclesia, hanc immunitatem definit. Mai-  
or & consequentia patent; minor certè efficacissimè pro-  
bata est in discurſu huius disputationis.

Posteriorem verò partē probo imprimis referendo, do-  
ctos Theologos & diligentes dogmatum Ecclesiæ inuestiga-  
tores (qui hanc nostrā disputationē fortasse legere volue-  
rint) ad libros scribentium controuersias aduersus hæreti-  
cos: ibi enim varia dogmata reperient definita ab Ecclesia  
satis prudenti ac vero iudicio, satis superq; firma Scripturæ  
& Patrum auctoritate, & nihilominus testimonia Sacra  
Scriptura & Patrum, quibus nixa est Ecclesia ad eorum de-  
finitionem, non videntur plura, neq; clariora, quæ pro  
immaculata Cōceptione decertant. Verbigrat. Ecclesia iute  
optimo definituſ infantibus infundi gratiā, & aliás virtu-  
tes physicas in Baptismo: carachterē physicū imprimi à tri-  
bus sacramentis, Baptismo scilicet, Confirmatione, & ordine;  
B. Mariam fuisse sanctificatam in utero; nunquam venia-  
liter peccasse, gloriosam corpore & animo cœlos ascendisse:  
& tamen si Scripturæ & Patrum testimonia consuluntur,  
non inuenientur clariora, urgentiora, & numero plura pro  
prædictis dogmatibus, quam pro immaculata Beat. Mariæ  
Conceptione. Sicut ergo potuit definire & sapientissimè  
prædictas veritates, indeque colligimus, habuisse funda-  
mentum sufficiens in Sacra Scriptura, traditione & Patri-  
bus; ita posset nunc definire inmaculatam Conceptionem,  
indeque colligeremus Sacra Scripturæ traditiones & Pa-  
trum testimonia in cursu huius disputationis allata, esse  
firmū fundamentum, vt illis ad prædictam definitionē nite-  
retur: licet quādū nō accedit prædicta definitio, possint cō-  
trarie partis doctores sine nota aut censura aliter iudicare.

Dices esse latū dictimen inter allata exēpla & Cōceptio-  
nē; illa enim dogmata non fuerit olim negata à cōmuni Patri-  
bus, & doctorum: propterea q; potuit Ecclesia ea definire  
nités prædictis testimonijs: at verò inmaculatā Cōceptionē  
nem negarunt antiqui Patres & cōmuni doctorū. Vnde S. Bonau.  
Bonau. in 3. dist. 3. art. 1. quæst. 2. dixit, *Omnes fere ita sentire.*  
Ne ego Ecclesia tot tantisque Patribus, & Theologis con-  
tradicat, & eos erroris conuincat, non audebit, neque pote-  
rit immunitatem Virginis Mariae definire.

S. Bonau.

Sed

Sed hæc solutio facile refellitur, primò; Quia varia exdō gmatibus relatis negata sunt à Patribus & doctoribus, licet non ab omnibus: infusio enim virtutum in Baptismo controverfa erat olim inter Theologos; vt patet ex cap. *Maiores de Baptismo*, & ex *Clementina vnica de Sunima Trinitate: Assumptio etiam B. Mariæ*: & præterea euolatio animorum ad cœlū ante diē Iudicij, multis Sacrae Scripturæ & Fattum testimonijs confirmatur, licet omnia habeant solutionem, vt ostendimus in opusculo de nouissimis. Secundò, quia si attendatur adducta in hac disputatione, vix est vñus ex antiquis Patribus, qui nget immaculatæ Conceptionem, plurimi verò qui affirment, quare non est cur Ecclesia arceri debeat à definiēda hac veritate, ne Patribꝫ cōtradicat. Quod verò actinet ad doctores Scholasticos, licet plurimi olim 11 hanc inimunitatē negauerint, quia minus attenderat, quid Patres in hac parte docuerāt, multū huic auctoritati p̄p̄derat cōmuniſ ſc̄r̄t̄ totius Ecclesiæ conſenſus, hoc noſtro ſeculo conſpirans in assertionē immaculatæ Conceptionis, ita vt veriſimiliſ credatur doctores antiquos, ſi nunc ſcriberent, non diſfensuros; quare quod olim docuerunt, parum aut nihil monere nos debet, aut Ecclesiā à definitione retardare; adde, quod singularis deuotio, plausus populi Chriſtiani, celebritas Conceptionis iāpridem instituta, clama-re videntur, & ſuo quaſi iure definitionem poſtulare: certè vix est aliud dogma definitum ab Ecclesia, quod ante definitionem tanta aeclamatio neceptum fuerit. Quod certè multā mouere debet Principes & Prælatos, vt hanc definitionē à Pontifice Summo enixè petant.

## C A P. XXX.

Quis modus seruandus sit in disputationibus, li-bris, & concionibus de immaculata Concep-tione Beat. Mariæ.

Pius 5.

**S**Vm̄inus Pontifex Pius V. in Motu, qui incipit *Super specu-lā*, vt diſſidētes veriusq; partis huius controverſiæ aſerto-res pacaret, Motu proprio edito, pridie Kalendas Decembris anno 1570. nō ſolū innouauit qn̄e à Sixto IIII. in Extra-  
uag.

*Grāue nimis, & à Trident. stabilita fuerant, sed etiā addi-dit nonnulla p̄cepta, quæ ipsius Pontificis verbis refere-mus, vt illorum declaratio fidelior sit. Sic ergo habet Mo-tus p̄fatus. Per Apostolica scripta mandamus, quatenus nemo po-pularibus concionibus, vel r̄bicunque promiscua virorum, & mulierū multitudine conueire solet, de hiis controverſia alterutra parte diſpuare ratib⁹, vel doctorum authoritate, afferendo propriam ſententiā, & contrariam refellendo, aut impugnando, vel de hac ipſa quæſiōne cuiusvis pietatis, aut neciſitatis p̄textu vulgari ſermone ſcribere, vel dictere p̄fum̄at. Statimque ſubiicit p̄nas suspensionis, priuationis dignitatum, & inabilitatis ad eas obtinendas.*

Imprimis ergo prohibetur Pontifex disputationem de hac controverſia in concionibus, vel vbi eſt promiscua mulie-rum, & virorū multitudine. Circa quod aduerte in hac lege, quippe quæ prohibitiua eſt, propriæ accipiendo eſſe no-men *Disputatio*, prout ſignificat quoddā ſpirituale bellū, & concertationē. Prohibetur ergo ſolum in concione, aut coram multitudine virorū aut mulierum proponere vtraq; ſententiā, & vtriusq; argumenta atq; ſolutions partis aduersa; non autem prohibetur declarari Virginē fuſſe Cōcep-tā fine originali, & adduci argumenta authoritatis, & rationis, quibus ea veritas nititur, proponiq; principia, ex qui-bus poſſint etiā in docti deducere ſolutions argumento-rum partis oppoſita. Imo cūm in hac etiam re fit parvitas materia, ſicut & in alij, qui vñu argumentū breuiſſimè af-ferret & ſolueret, non peccaret faltem grauter, & conſe-querent non incurreret p̄nas á Pontifice inflictas.

Faciunt pro veritate huius declarationis *Caietanus*, 2. *Caietan.* quæſt. 10. artic. sept. vbi docet, disputationem formaliter acceptam confitere in adduictione argumentorum pro-vtraque parte, & id tantum prohiberi illis, quibus Iura-vertant cum in fidelibus, aut coram illis disputare: & Pe-trus Cemitus libr. ſext. Reſpōſionum moralium quæſt. 40. vbi refert concionatorem quendam fuſſe delatum, vt violatorem Motus Pij Quinti, eo quod probasset in con-ſione immaculatam Conceptionem, & ſubdocuſſet, quo-modò infirmari poſſent argumenta contraria, quamvis eorum cōm̄ nemoratiōne prudens ſubter ſegerit: ipſum-que Comitolum de hoc conſultum iſpondiſſe cum alij, Motum Pij Quinti non fuſſe violatum à p̄fato con-ſiona-

cionatore: *Quia, inquit, Motus solum prohibet, ita disputare, ut argumenta virtusq; partis proponantur, & refutatio illorum sit diversa à confirmatione. Neq; ille dicitur propriè refellere, aut refutare, qui aut adverbari argomenta disimulat, aut non adducit, non dissolut.* Et quoniam hæc responsio merito placuit iudicibus concionator liber easvit.

Deinde circa illam particulam Motus, *Vbi promissa mul-titudo virorum aut mulierum conuenire solet.* Notandum est, duas aut tres mulieres v. g. aut totidem viros non sufficere, ut coram illis non liceat de hoc arguento differre, nam id non sufficit ad multitudinem: & cum Motus iste sit penalis accipienda sunt illius verba in sensu proprio iuxta generalē regulam Canonistarum. Consequenter etiam infertur, non sufficere solum virorum concursum, vt coram illis non liceat ex vi huius motus differre, quia prohibitio solum extenditur ad locum, ubi simili sunt viri, & mulieres: & reuera in eo loco est specialis ratio, ob quam debuit à Pontifice prohiberi disputatio, mulierum enim minor capacitas & major animi mobilitas generare posunt maiora in comoda, quam si soli viri conuenirent: non enim sine causa tantus Pontifex de solis viris non est locutus.

Tertio cum prohibetur scribere aut dictare vulgari sermone aliquid spectans ad conceptionem, intelligendum est si id fuit disputando, & controuersiam hanc propriè agitando iuxta supra dicta: nam si solum scribantur, aut typis mā-dentur conciones, vel discursus vulgari sermone eo modo, quo concionatoribus prædicare licitum esse supradiximus non erit cōtra Motum, nam eadem est virtusq; ratio. Quare sicut non est contra Motum contionari aut agere de immaculata conceptione vulgari sermone, dummodo non sit formalis, & propria disputatio, ita neq; contra illum erit scribere, vel dictare eodem modo, scilicet absq; propria, & formalis dilputatione: atq; id satis declarat consuetudo, qua est optima legū interpres, in numero enim eius modi scripta vulgari sermone in lucem prodierunt, & modo, & temporibus præteritis.

### Ad Articulum 3. quæst. 81. secundæ S. Thomæ.

Dijpu. IIII. De singularitate priuilegij immunitatis B. Mariæ.

CAP.

An aliquis vir aut foemina præter Beat. Mariam præseruari potuerit, & re ipsa præseruatus fuerit ab originali.

- 1 **Q** uiam ostendimus in secunda disputatione, non ex privilegio, sed ex natura filii Dei non habuisse originale. Loquendo ergo de puris hominibus sexus virilis aut foeminei non dubium est, quin ex absoluta potentia potuerit Deus aliquos, imo & plures præseruare ab originali, sicut potuit Beat. Mariam. Quare solum supereft expendendum an de communi lege, & re ipsa hoc priuilegium alii cū alteri concedi potuerit, seu quod idem est, re ipsa concessum fuerit.
- 2 Ratio dubitandi est, non deesse doctos Theologos, qui affirment, aliquos sanctos ut B. Ioanem Baptistam præseruatos fuisse ab omni peccato actuali: inde enim infertur præseruari debuit, imo & præseruatos esse ab originali. Nam teste S. Angustino lib. 5, contra Julianum, qui non habet peccatum actualē, eo ipso creditur non habuisse originale, ut in disp. 3. cap. 10. sect. 3. retulimus.
- 3 Dicendum tamen est, nullum purum hominem, excepta Beat. Maria fuisse præseruatam ab originali peccato. Hæc assertio est S. Thoma in p̄fato art. 3. & omnium Theologorum nemine dissentiente. Probatur, quia Sacra Scriptura, Concilia, & Patres docent, omnes puros homines, qui ab Adamo per seminalem rationem descendunt, concipi in peccato originali; nec ullum eit fundamētum, quo nitamus ad excipiendum aliquem præter B. Mariā, cui hoc priuilegium debuit esse singulare, sicut & dignitas matris Dei. Ex quo etiam infertur, de lege communi fuisse impossibile aliquem alium præseruari: nam legem communem hic appellamus decretum, quod Deus re ipsa habuit. Constat autem habuisse decretum efficax nullum alium virum, aut foeminae excipiendi: Ergo ex lege communi nullum alium potuit exciperi alioqui potuisset sibi ipsi, suoq; efficaci decreto esse contrarius, quod est planè absurdum.
- 4 Ad rationem dubitandi, tam B. Ioannem Baptistam, quam

quam coeteros puros homines habuisse saltet aliquod peccatum veniale, ut bene probat Suar. 3, p. tom. 2. disp. 23. sect. 4. agens de S. Baptista, doceantq; S. August. lib. de Nat. & grat. cap. 36. & S. Anselm. de Conceptu virginali cap. 16. Itaq; etiam in hac parte singulare est Virginis priuilegium, & quoniam nonnulli authores non improbabiliter dicant, aliquos Sanctissimos viros caruisse omni peccato actuali, non ideo licet affirmare eosdem caruisse originali, quia ad affitmandum primum est aliquod fundamentum, quod non est ad affirmandum secundum: nemo enim catholicus id haecenus ausus est affirmare; sed omnibus mentibus infedit immonitatem ab originali esse singularissimum priuilegiū, quod, si alicui concessum fuerit, non nisi B. Mariae concessum sit.

## C A P. II.

**Quam certum sit, nullum purum hominem fuisse immunem ab originali, excepto B. Maria.**

**Caiet.** Sanctus Thomas in hoc articulo 3. Dicendum, inquit, quod secundum fidem Catholicam firmiter est tenendum, quod omnes homines prater solum Christum ex Adam derivati peccatum originale ex Adam contrahunt. Quæ verba ita explicat Caietanus, ut ad fidem solum pertineat, omnes puros homines ex vi sua conceptionis esse obnoxios peccato originali, non autem quod illud re ipsa contrahant, sed hæc explicatio mihi valde displaceat. Et Valentia tomo 2. disp. 6. q. 11. punto. 2. §. Verum hæc opinio, non immerito affirmat, eam neq; esse satis solidam, neq; tutam. Etenim si ex fide certum non est, omnes concipi in peccato originali, non constabat sufficienter ex diuina revelatione traductio peccati originalis ad omnem Adami posteritatem, quod planè videtur contra Apostolum ad Rom. 5. Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit. Et contra sacra concilia decernentia, omnes homines concipi in peccato. Vnde Tridentinum fest. 5, in decreto de peccato originali afferens, Adamum solum peccatum, & non culpam transfundisse in omne genus humanum.

Existimo ergo ex fide diuina certum esse, omnes puros homines, excepta B. Maria, contraxisse peccatum originale. Hæc est S. Thomæ sententia in prædicto articulo, quam-

uis de B. Virgine nihil dicat. Valencia quoq; adductus suus Valenç. pra §. Ad secundam nostram assertiōnem amplectitur, & Bandelius in suo tractatu cap. 38. dixit fore hereticum illū, Bandelius, qui affirmaret Sæc. Ioan. Baptistam, aut Apostolos non habuisse peccatum originale. Et in eodem sensu Snarez adduc Snarez. tus cap. præcedenti dixit, esse omnino certum Beat. Ioan. Baptistam conceptum fuisse in originali.

3. Probatur, quia Sacra Scriptura dissentire testatur, omnes homines contraxisse originale, & id ipsum definiunt Sacra Concilia, & constanter affirmant omnes Patres, omnesque fideles. Ergo ea propositione generalis est certa secundum fidem. Ergo certitudo eius verificari debet in singularibus: non posset autem verificari, si certitudine fidei non sciremus. omnia singularia comprehensa eo termino generali, & distributio, contrahere originale. Sed non est singulare quod eo termino non comprehendatur præter illud, quod ipsa ecclesia, aut Patres, & graues doctores iudicarunt non comprehedi, nempe præter B. Virginem. Ergo ex fide certum est, omnia singularia naturæ humanae communī modo propagata præter B. Virginem, incurrire originale.

4. Dices, propositiones generales Sacra Scriptura habere posse, & solere suas exceptiones. Ergo idem dicendum erit de prædicta propositione. Ergo qui diceret, priuilegium, & exceptione Virginis extendi etiam ad alios puros homines non sentire, contra fidem, sed ad summum ester audax, aut temerarius, quia sine fundamento fingeret exceptiones. Resp. antecedens esse verum, sed ad exceptiones adimitendas requiri firmum aliquod fundamentum, fine hoc enim retinunt testimonia Scripturæ suam vim, ac proinde certitudinem, quam verba præferunt: & quoniam ad excipendam alia personæ creatam in natura humana à lege generali Sacra Scripturæ testantur transmutationē peccati originalis, nullus est firmum fundamentum; immo omnes supponunt contrarium, retinet etiam suam vim, comprehendendi omnes, ac proinde præbetur nobis certissimum indicium iudicandi priuilegium hoc, nullius alteri fuisse concessum. Et sane nisi hoc modo accipiantur testimonia Scripturæ, inserviat robur eorum, & de quouis pro libertate dicere retrahere, hæc est illum fuisse immunem ab originali.

## Epilogus huius libri de immaculata Concepcione.

**I**Mponamus huic tractationi finem, complectentes breuiissimè omnia, quæ longo sermone prosecuti sumus, vt & memoria firmius adhærent, & simul ob oculos ponatur fundamenta firmissima, quibus nititur sententia, quæ affirmat. Beat. Mariæ fuisse ab originali culpa preseruatam.

Imprimis ergo Deus optimus Maximus condidit Adamum, & Euam decoratos originali iustitia, quæ si habituauerit consideretur, complectitur primo habitum gratiæ infusum anima simul cum virtutibus, ac donis intellectuum & voluntatem decorantibus. Secundo donum supernaturale impressum appetitui corporeo, ut esset omnino subditus rationi. Tertio mirabilem omnium consensionem, præseruationem à morte, à molestijs & a ruminis quibuscumq;. Si autem actualiter consideretur, consistit in actibus virtutum supernaturalium, quibus hominis animus Deum agnoscebat, & reuerebatur, & corpus ipsi animo ad nutu obediebat.

Deinde iustitiam hac ea lege, & conditione primus nos ter parens accepit, ut quandiu Deo obediens esset, eam sibi, & posteris conferuaret: si autem violaret præceptum non comedendi fructum ligni vetiti, & sibi, & posteris perderet: quam legem Deus illi manifestauit, & expressè cum illo hoc pæcum iniuit, quod dum violauit, & sibi, & posteris iustitiam omnino vsq; ad fidem amisi, & à summa felicitate ad infelicem conditionem deturbatus est.

Tertio, inde ortum habuit, vt ab Adamo peccatorum ad posteros eius verum aliquod peccatum, quod origine appellatur, deriuatum sit, quod quidem in singulis infantibus inest proprium, & ea ratione dicitur, & est voluntariū, quatenus posita lege supra explicata Adamus nomine omnium posteriorum diuinum mandatum transgressus est, & pro inde eius transgressio ad omnes pertinuit, & ad singulos descendit, cum generaliter. Consistit autem hoc originale peccatum in priuatione iustitiae originalis actualis, vel in ipsomet actuali peccato Adami, quatenus ad posteros moraliter transfusum in singulis mortaliter existit, & perseue-

rat, donec per aliquod remedii diuinum institutum tollatur.

**Quartó.** Huius peccati grauitas minor est in singulis posteris Adami, quā cuiuscunq; peccati mortalis personalis, sed maior quā venialis. Effectus illius sunt priuatio gratiæ, & habituum infusorum, penalitates huius vitæ, aeterna carentia diuinæ visionis, si ante mortem non deleatur, destructionis in perpetuum arceré Lymbi. Vnde post diem Iudicij non exhibunt infantes, quāquam hoc nullum actualēm doctorem inferet illis. Subiectum verò immediatum originalis est animæ essentia, licet inde ad potentias aliquo modo deriuetur.

**Quintó.** Peccatum hoc nec deriuatum est, nec deriuari potuit ad Christum D. vt homo est, quippe qui nec ab Adamo descendebat per semen virile, (id quod ad transfusionem peccati originalis requirebatur) nec suapte natura descendere potuit illa sacratissima Humanitas. Vnde quasi suo iure liberata erat ab originali, licet non sine Dei beneficio. Principiū autem aberat ab illa hoc peccatum propter unionem ad verbum, quæ illam maximè sanctificabat; & quāvis omnes peccatum originalis non subierit Christus D. ob suam culpam, per sepsus est aliquas propter nostrâ peccata: & vt pati possit, non habuit originalem iustitiam, quatenus impensisibilitatem conferebat.

**Sexto.** Quoniā B. Virgo Maria electa est à Deo, vt in eius castissimis visceribus Filius Dei Incarnatus conciperetur, ipsa quoque à sua Conceptionis exordio cœlestibus benedictionibus præuenta est. Nam quāvis ex legitimo vsu matrimonij, quod inter Beatos Joachimū, & Annam contrahū est, fuerit Concepta; mirabilia nihilominus in ea gignenda patrata sunt: nam & parentes steriles eam genuerunt, & absque ulla inordinata delectatione coicerunt; & in eadem die nimis oītana Decembribus nō solū peracta est, huius felicissime Virginis Conceptione, quatenus consistit in comprehensione, & retentione feminis prolifici intra vterum maternum, sed etiā quatenus includit perfectam corporis formationem, & rationem animæ rationalis, accelerante spiritu diuino illud opus, quod in alijs feminis peragitur octoginta dierum intervallo.

**Septimó.** Atque ex hac Spiritus diuini operatione mirabiliter prouenit, vt corpus B. Mariæ fuerit eximia pulchritudinis,

nis, qua omnes omnino fæminas etiā intra hanc speciem humanā possibiles superaret: & non solum corporeā quādā luce facies eniteret, sed etiā peculiari ratione totum esset purū, atque sanctū: quippe quod non solum fuit domicilium animæ perfectissimæ, quoad naturalia, sed etiā purissimæ ab originali peccato, ita ut ab ipso punto creationis illius, & infusionis in corpus mundissima fuerit, & privilegium à Deo obtinuerit, ut maculâ peccati, quam ceteri puri homines incurrint, non contraxerit.

Ostauō. Et quidem priuilegiū istud tanta Virgini fuisse, concessum, sexdecim argumenta omnino persuadent. Primum, auctoritas Sacrae Scripturæ. Secundum, doctrina Apostolorum. Tertium, auctoritas Ecclesiæ celebrantis festum Conceptionis. Quartum, Concilia generalia. Quinto, decreta Summorum Pontificum. Sextum, doctores Ecclesiæ Latinae. Septimum, alij Patres eiusdem Ecclesiæ. Octavum, quā plures Patres Greci. Nonum, reuelationes sanctæ Brigitez. Decimum, auctoritas Scholasticorū, cui Societas Iesu universa subscribit. Undecimum, consensus fere totius populi fidelium. Duodecimum, singularis plausus hisce mensibus in celebranda Conceptione. Decimum tertium, consensus omnium sæculorum à Christi D. Aduentu. Decimum quartum, dignitas Matris Dei. Decimum quintum, præcellentia Virginis Mariæ super omnes Angelos. Decimum sextum Omnipotenciam, Sapientiam, & Amorem Dei.

Nonō. Est autem perfacilis modus tuendi hanc Virginem præseruationem, si dicamus, in ipso pūcto, quo eius anima creata est, & in corpus infusa, decoratā fuisse cælesti dono gratia sanctificantis, cum qua incompatible est quodcumque peccatum mortale, quale est originale.

Decimō. Sed quoniam tantam Virginem decet omnis puritas, iure optimo censeri potest, & debet; eam non solum non contraxisse originale, sed nec illi fuisse propriæ obnoxiam, ac proinde nec in Adamo peccasse. Id quod non solum graues Theologi sentiunt, sed etiā ex Sanctis Patribus, & optimis rationibus efficaciter dèducitur, atque ipsius supremi Quæstoriorum fidei Consilij authoritate declaratū est, liberè posse defendi, subscriptis innumeris penē, grauiissimisq; doctoribus, & Academijs Complutensi, Græzenti, Oslensi, & Biacensi.

Vnde-

12. Undecimo. Nec obstant immaculatæ Conceptioni B. Mariae, eiusq; immunitati à proprio debito contrahendi originale, generales locutiones Sacrae Scripturae affirmantis omnes concipi in peccato, & in Adamo peccasse: nam generales iste regulæ exceptionem in Matre Dei patiuntur.
13. Nec testimonia Parvū, quippe prefacile explicationē habent nam primo, cum solum Christum Dominum dicunt immunem ab originali, loquuntur de immunitate ex natura rei, non vero excludunt illam, quæ competit Virginis ex priuilegio. Secundo, cum dicunt Virginem fuisse mundatam, nomine emundationis significant præseruationem. Tertio, cum carnem Christi Domini dicunt venire ex carne peccati, vel peccatrice, agunt de natura humana viatitia in Adamo, non de culpa B. Mariæ. Quarto, si aliquis B. Virginis tribuit originale, aut saltem debitum contrahendi illud, unus aut alter est, qui merito debet omitti propter multos alios qui à nobis sunt.

14. Duodecimo. Necetiam obstat, Virginem fuisse redemptam, quia ut verē, & proprie, dicatur redempta redemptione præseruationia, satis est quod ex modo sua conceptionis debuerit comprehendendi sub lege, & pacto initio cum Adamo nisi ob speciale priuilegium fuisse exēpta. Nec deniq; obstat, Virginem caruisse iustitiam originale, quoad effētū impassibilitatis, & immortalitatis: quia id non fuit in B. Maria pena peccati, sed conditio naturæ, cooperatio ad redemptionem, & similitudo ad filium, ante cuius mortem nō decuit ipsam mori, aut consequi beatitudinem, sed post aliquos annos à filij glorioſa Ascensione, in quibus iam baptizata coelesti eucharistia pane sapissimè refecta est,

15. Decimo tertio. Sententia immaculatam conceptionem affirmans, non est absolute de fide, sed tamen verissima potestq; satis probabili ratione censeri moraliter hoc nostrum seculo certa, & euidēs: pro cuius honore, & pietate, qui moreretur, martyr esset: imo & ille, qui certus existens de immaculata Conceptione mortem absolute pro eius veritate tuenda subiret. Et quamvis nō domi veritas hæc sit definita, potest definiri, seruat interim quæ circadisputationes, cōciones, & libros à Pio quinto prescripta sunt.

16. Ad extērnum, Præseratio haec tenus explicata singularis-

I N D E X

D I S P V T A T I O N V M,  
E T C A P I T V M.

D I S P V T . P R I M A .

C A P . I . Primos parentes generis humani iustitia originali, & gratia decoratos fuisse, cum primū a Deo creati sunt.

Fol. 1.

C A P . II . Quid iustitia originis contulerit primis parentibus.

Fol. 2.

S E C T . 2 . De causa immortalitatis, & impossibilitatis primorum parentum.

Fol. 3.

S E C T . 3 . De donis actualibus iustitiae originalis.

Fol. 5.

C A P . III . Qua lege, & conditione primi parentes iustitiae originalē acceperint.

Fol. 5.

C A P . III I . Cuius speciei, seu malitia fuerit primorum parentum peccatum.

Fol. 7.

C A P . V . Utrum ab Adamo ad posteros deriuatum fuerit, & nunc deriuetur aliquod verum peccatum, quod originale appellatur.

Fol. 10.

C A P . VI . Explicatur modus, quo ab Adamo ad posteros verum, & proprium peccatum deriuetur.

Fol. 12.

C A P . VII . Proponuntur, & diluuntur obiectiones.

Fol. 13.

C A P . VIII . Explicatur quantitas peccati originalis, quod ab Adamo ad posteros deriuatur.

Fol. 15.

C A P . IX . In quo constituta fit iustitia peccati originis.

Fol. 17.

S E C T . II . Statuitur cōminis & vera sententia, qua affirmat originale peccatum constitutum esse in priuatione iustitiae originalis.

Fol. 19.

S E C T . III . Reicitur explicatio illorum, qui peccatum originale constituerunt in priuatione iustitiae originalis habitualis.

Fol. ibi.

S E C T . III I I . Vera explicatio communis sententiae ratione, quam auctoritate probatur.

Fol. 29.

C A P . X . An si primus pārēs non comedederet fructū mārboris vetitā, sed alia pracepta violaret, transfundetur peccatum in eius posteritatē.

Fol. 23.

C A P . XI . De causis peccati originalis.

Fol. 25.

C A P . XII . Explicantur variae difficultates circa modum, quo posteri Adami contraherent originale in alijs eventibus.

Fol. 28.

C A P . XIII . De pēnis peccati originalis in hac vita.

Fol. 29.

C A P . V L T . De pēna pueris in originali decedentib⁹ infligenda in altera vita. Et de loco, in quo futuri sunt post diem iudicii.


Fol. 30.

Disp.

D I S P . III . DE E S S E N T I A

sum est B. Mariae priuilegium, quod ex fide certum est, nulli alteri fuisse concessum, quam Matri Dei: cui cum filio eius, Patre, & Spiritu sancto sit sempiterna laus: cuique pecunia & Romanę Ecclesię quicquid haſtenus scripsimus, subiectum voluntus.

K I N I S



## DISPVT. II.

- CAP. I. Christum D. fuisse omnino immunem ab origina-  
li peccato. 32.  
CAP. II. Vtrum immunitas  
Christi D. ab originali fue-  
rit naturalis, ac necessaria:  
an vero liberalis, & gratui-  
ta? 35.  
CAP. III. An Christus D. ex  
absoluta potentia cōtrahe-  
re potuerit culpam origi-  
nalem. 36.  
CAP. IIII. An, & quomodo  
Chtist D. passus fuerit pe-  
ccatas originali debi-  
tas. Vbi an habuerit iusti-  
tiam originalem? 37.

## DIP VT. III.

- CAP. I. An B. M. naturali, an  
potius supernaturali modo  
concepta fuerit ex vsu legi  
timi matrimonij sanctiorū  
Ioachimi, & Annae. 38.  
SECT. I. Præmittitur ea, que  
certa omnino sunt. 39.  
SECT. II. An conceptio B. M.  
acciderit oīana die Decē-  
bris: inde que colligatur eā  
peculiaria alia ratione fuisse  
supernaturalem. ibi.  
SECT. III. Respondeatur ad ar-  
gumenta primæ, & secundæ  
sententiaz, quatenus dictis  
obstare possum. 42.  
CAP. II. De naturali pulchri-  
tudine corporis, & animæ  
collata B. M. in sua concep-  
tione: vbi an caro eius ante

animationē habuerit ali-  
quam sanctitatem. 44.

SECT. II. Descriptio B. M. &  
corporis splendor planè sin-  
gularis. 46.

SECT. III. An & quatenus ca-  
ro B. V. ante infusionem ani-  
mæ rationalis habuerit san-  
ctitatem. 47.

CAP. III. An B. V. M. concipi  
potuerit absque peccato or-  
iginali. 49.

CAP. IIII. Relatis contrarię  
partis authoribus, statuitur  
B. M. Deigenitricē sine ma-  
culâ originalis. culpe fuisse  
conceptam. 49.

CAP. V. Argumentum Primū  
pro immaculata Cōceptione ex  
Concilijs Generalibus. 62.

CAP. VI. Argumentum Secun-  
dum pro immaculata Cōcep-  
tione ex doctrina Aposto-  
lorum. 53.

CAP. VII. Argument. 3. Pro  
immunitate B. M. ab origi-  
nali, petitum ex authorita-  
te Ecclesiæ celebrantis festum  
Conceptionis. 55.

SECT. II. Quid nonnulli Do-  
ctores putent celebrari ab  
Ecclesia Catholica sub no-  
mine Cōceptionis B. M. 57.

SECT. III. Perspicue demost-  
ratur Catholice celebrari  
festum Conceptionis B. M.  
quatenus significat immuni-  
tatem, seu præservationem  
illius à pecc. originali. 58.

SE-

SECT. III. Quām efficax ar-  
gumētum pro immaculata  
Conceptione desumatur ex  
Doctrina Sectionis præcedē-  
tis. 60.

SECT. V. Proposita dupli-  
citer obiectione, declaratur am-  
plius efficacitas argumenti  
desumpti ab auctoritate Ec-  
clesia. 61.

CAP. VIII. Argument. 4. pro  
immaculata Cōceptione ex  
Concilijs Generalibus. 62.

CAP. IX. Argumentum 5. pro  
immaculata Cōceptione,  
ex Decretis summorum Pō-  
tificum. 64.

CAP. X. Argument. 6. pro im-  
maculata Cōceptione pe-  
titū ab auctoritate sex Do-  
ctorum Ecclesiæ Latine. 65.

Testimonium S. Ambros. ibi.  
S. Hieronym. testimonij. 67.

Testimonium S. August. ibi.  
Testimonium S. Gregor. 68.

Testimonia S. Thom. & S. Bo-  
nauenturæ. 67.

CAP. II. Argumentum 7: pro  
immaculata Cōceptione ab  
authoritate aliorum Patriū  
Ecclesiæ Latine. 69.

S. 1. Sanctus Cyprianus. ibi.  
S. 2. S. Hilarius, S. Ildefonsus,  
S. Isidorus. 70.

S. 3. S. Anselmus. ibi.

S. 4. S. Bernardus. ibi.

S. 5. Aliorum Patrum Latino-  
rum testimonia. 73.

CAP. XII. Argumētum 8. pro  
immaculata Cōceptione

ab auctoritate Patrum Grē-  
corum. 74.

CAP. XIII. Argumentū 9. pro  
immaculata Cōceptione,  
ex reuelationibus S. Brigiti-  
ta. 75.

CAP. XIV. Argument. 10. ab  
auctoritate Scholasticorū. 76

CAP. XV. Appendix capitū  
præcedentis, seu enumera-  
tio Scriptorum Societatis  
Iesu, qui Cōceptionē im-  
maculatam tuētur, & huius  
ordinis affectus erga hoc B.  
Mariæ privilegium. ibi.

CAP. XVI. Argument. 11. pro  
immaculata cōceptione ex  
consensu totius ferē populi  
fidelium. 78.

CAP. VII. Argument. 12. Sin-  
gularis fideliū plausifis  
ce Menib⁹ in celebranda  
immaculata B. M. concep-  
tione. 80.

CAP. XVIII. Argument. 13.  
seu Appendix capitū præ-  
cedentium, in quo ne citur  
Catena sanctorū Patrum,  
& Doctorum, qui ab exordio  
nascētis Ecclesiæ in singulis  
sæculis immaculatam  
conceptionem testati sunt,  
aut illi multū fauerunt. 81.

CAP. XX. Ceteræ rationes  
pro immaculata B. M. con-  
ceptione breviter afferun-  
tur. 86.

CAP. XXI. Declaratur facilis  
modus, quo B. M. præserua-  
ta fuit à pecc. origini. 88.

CAP.

- CAP. XXII. An immunitas B.  
M. a peccato originali colli-  
gi posuit ex eo, quod in A-  
damo non peccauerit, nec  
debitum contrahēdi culpā  
originalē incurrerit. 89.
- SECT. II. Virginem Deip. nō  
peccasse in Adamo, neq; ex  
vi sua Conceptionis fuisse  
propriè loquendo obnoxia  
pecc. orig. probabilior sen-  
tentia fert. 90.
- SECT. III. Sententia hactenus  
explicata probatur auctori-  
tate Patrum. 92.
- SECT. IIII. Quā probabiliter  
B.M. in Adamo nō peccasse,  
rationibus persuadetur. 94
- CAP. XXIII. Proponitur, & di-  
luitur prima obie&io cōtra  
immaculatam B.M. concep-  
tionē ex testimonii S.S. 59
- CAP. XXIII. Proponitur, &  
diluitur secūda obie&io cō-  
tra immaculatam Concepcionem,  
& Patrum Ecclesiæ  
testimonij. 97.
- CAP. XXV. Diluitur tertia ob-  
ie&io, & ostenditur, B.M.  
fuisse proprio, & perfec-  
tissimo modo redemptā. 103
- CAP. XXVI. Diluitur quarta  
obie&io petita ex eo, quod  
B.V. non habuerit in sua cō-  
ceptione iustitiā orig. 105
- CAP. XXVI. Diluitur quinta  
obie&io, ex eo quod B.V.  
Baptismū Christi D. susce-  
perit. 108.
- CAP. XXVIII. Diluitur sexta

- obie&io contra inmacula-  
tam Conceptionē, petita ex  
eo, quod si Virgo ante mor-  
tem Christi obijset, defer-  
retur ad Lymbū Patrū. 10
- CAP. XXIX. Pr̄termittuntur  
plura, quę obiicit Bādelus,  
quia ex dictis fatis superq;  
constat solutio. ibi.
- CAP. XXX. An, & quanta sit  
certitudo sentētia affirmā-  
tis, B.M. fuisse ab origi. pec-  
cato pr̄seruatam. 111
- CAP. XXXI. An foret censem-  
dus martyr, qui mortem su-  
biret pro veritate immacu-  
lata Conceptionis. 115
- CAP. XXXII. An Ecclesia vel  
summus Pontifex possit de-  
finire etiā in hoc nostro sæ-  
culo B.M. fuisse immunem  
ab originali. 116
- CAP. XXXIII. Quis modus  
seruādus sit in disputationi-  
bus, libris, & concionibus  
de immaculata cōceptionē  
B.M. 118
- D I S P V T. IIII.
- CAP. I. An aliquis vir aut fœ-  
mina pr̄ter B.M. pr̄serua-  
ri potuerit, & re ipsa pr̄ser-  
vatus fuerit ab origin. 120.
- CAP. II. Quam certam sit, nul-  
lum primum hominem fuis-  
se immunē ab originali, ex-  
cepta B.M. 120.
- CAP. III. Epilogus huius libri  
de immaculata Concep-  
tione. 121